DE

DIGAMMO HESIODEO QUAESTIONES

COMMENTATIO ACADEMICA

QUAM SCRIPSIT

ET PERMISSU AMPL. ORD. PHIL. UPSAL.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

IN PUBLICO DEFENDET

AXEL V. PAUES

LIC. PHIL. VESTROG.

IN AUDITORIO V A. D. V KAL. JUN. MDCCCXCVII

H. A. M. S.

HOLMIAE

TYPIS DESCRIPSERUNT P. A. NORSTEDT & SÖNER

MDCCCXCVII

Argumentum.

PROŒMIUM.

Si quis de digammo Hesiodeo felici eventu quæsiturus est, necessarium ei erit omnium primum res metricas diligenter et penitus perscrutari. Nam etsi versus heroïcus Hesiodeus maxima ex parte iisdem legibus obtemperat atque apud Homerum, tamen ingenium et naturam poetæ et res ipsas, quæ tractantur, multifariam inter se dissimiles colorem quendam versibus appinxisse apparet, quem solum subtili investigatione oculis nostris cernere possumus. Has de re metrica Hesiodi quæstiones decem abhinc annos diligentissime absolvit JOHANNES PAULSON in dissertatione academica, quæ inscribitur Studia Hesiodea, I De re metrica, Lundæ 1887. Quo in libro vir doctissimus enarrat, in animo se habere alteram de digammo Hesiodeo partem postea emittere. Has autem de digammo quæstiones, cum aliis rebus intentus instituere moraretur, equidem eo permittente tractandas suscepi. In opusculo meo instituendo et conficiendo alius liber, diligentiæ et subtilitatis monumentum, magno mihi auxilio fuit, dico KNÖS, De digammo Homerico quæstiones, Upsaliæ 1872—1878.

KNÖS in unaquaque radice tractanda ita rem absolvit, ut e linguis cognatis indicia consonæ initialis congereret, deinde glossas Hesychii aliorumve grammaticorum afferret itemque inscriptionum testimonia, quæ illis temporibus non tam multa erant. Subjunxit etiam locos Hesiodeos, Pindaricos vel aliorum poetarum, unde digammo radicem instructam fuisse confirmaretur. His autem annis cum a multis tractata sint et collecta voca-

bula, quibus digamma accessisse certis testimoniis firmatum vel comparatis linguis cognatis verisimile factum est, plerumque satis habui eorum libros laudare, perraro formas e titulis sumptas vel opiniones virorum doctorum addidi.

I.

Unde concludere possumus, utrum apud Hesiodum viguerit digamma necne?

Interrogari potest, unde cognitum habeamus, consonam digamma, quæ nusquam in textu codicibus nobis tradito inveniatur, in versibus pangendis valuisse. Ad quam interrogationem respondeo: In versu Hesiodeo digammi indicium videmus, ubi ante voces quæ ab ea consona antiquitus incepisse constat vel verisimile est,

1° producuntur breves syllabæ in vocales exeuntes. cnfr. PAULSON, Studia pag. 95.

2° producuntur breves syllabæ in consonas exeuntes.

Quæ productio, si in arsi[1] occurrit, certissimum est digammi vestigium. Thesium autem non eandem esse omnium rationem inde elucet, quod ante vocales, quæ digamma numquam præmissum habuerunt, in ceteris thesibus rarissime, in tertia autem et quarta cæsuris gravioribus semiquinaria et semiseptenaria firmatis sæpius producuntur id genus syllabæ.

Exempla hujus productionis, quæ digammo excusari non possunt, hæc sunt:

a) in prima thesi: Op. 596 τρὶς ὕδατος[2]

b) in secunda thesi: Sc. 341 σμερδαλέον ἵπποισιν

Fr. 142: 3 εὑράμενος ἵλεων

---

[1] Westphalium, Knösium, Alexandersonium secutus thesin eam pedis partem intelligo, quæ ictu est instructa, arsin eam, quæ ictu caret.

[2] Cum versus Hesiodeos affero, utor editione Rzachii, quæ prodiit Lipsiæ 1884 (Hesiodi, quæ feruntur omnia recensuit Aloisius Rzach).

c) in tertia thesi: Th. 334 γείνατο δεινὸν ὄφιν, ὃς ἐρεμνῆς
Sc. 231 ἱέμεναι μαπέειν. ἐπὶ δέ
252 αἷμα μέλαν πιέειν· ὂν δέ
304 ἱέμενοι μαπέειν, οἱ δ'
337 οὐθ' ἵππους ἐλέειν οὔτε
369 τῷ ἐπιπειθόμενος ἐφέμεν
Op. 89 αὐτὰρ ὁ δεξάμενος, ὅτε
376 μουνογενὴς δὲ πάϊς εἴη
577 ὄρθρου ἀνιστάμενος, ἵνα
651 εἰ μὴ ἐς Εὔβοιαν ἐξ Αὐλίδος
Fr. 135: 4 Τόξευς τ' ἀντίθεος, ἠδ'

d) in quarta thesi: Th. 178 πάντη· ὁ δ' ἐκ λοχεοῖο πάις ὠρέξατο
480 Κρήτη ἐν εὐρείη τραφέμεν ἀτιταλλέμεναι
503 οἵ οἱ ἀπεμνήσαντο χάριν εὐεργεσιάων.
746 Τῶν πρόσθ' Ἰαπετοῖο πάις ἔχει
Op. 430 εὖτ' ἂν Ἀθηναίης δμῶος ἐν ἐλύματα

e) in quinta thesi: Th. 652 ἐς φάος ἂψ ἀφίκεσθε δυσηλεγέος ἀπὸ δεσμοῦ.

Exemplis supra congestis concludere possumus, productiones, quæ in tertia vel quarta thesi exstant, nihil de digammo dijudicare posse. Cnfr. Paulson, Studia pag. 106 ss. Knös, Dig. pag. 16 ss.

3° producuntur particula καὶ in thesibus aut longæ vocales vel diphthongi in arsibus. Ostendit enim Paulson, Studia, pag. 148, hanc particulam nusquam in thesi ante vocalem produci. Et perraro inveniuntur productiones longarum vocalium vel diphtongorum, quas in arsi positas excipiat vocalis. Sunt enim hæc: Th. 250 καὶ εὐειδὴς, Th. 6 ἢ Ὀλμειοῦ, Sc. 407 ἢ ἀγροτέρης, omnes in arsi tertia, Th. 609 ἐσθλῷ ἀντιφερίζοι in arsi quarta. Quibus quattuor exemplis opponi possunt tredecim exempla, quæ

excipit vocabulum digammatum. Cnfr. PAULSON, Studia pag. 149,[1] KNÖS, Dig. pag. 32 ss.

4° non eliditur brevis vocalis finalis. Qua in re tamen excipiendi sunt hiatus, qui sunt in cæsuris firmioribus tertia trochaica, bucolica, prima dactylica, fortasse etiam quinta trochaica (de qua plus infra) deinde ea exempla, ubi excipit vox, quam digammo instructam fuisse credimus, tales vocales, quæ elisioni repugnant. Vide KNÖS, Dig. pag. 36 ss., KÜHNER-BLASS[2] I, pag. 235 ss. PAULSON, Studia pag. 157, novena[3] exempla hiatuum collegit, quæ in cæsuris tertia trochaica et bucolica inveniuntur neque digammo excusantur. His addenda sunt Th. 401, 464, Sc. 45, 385, Op. 328, qui versus hiatus præbent in cæsura tertia trochaica et Th. 10, 65, ubi in bucolica hiatur. Verisimile enim est pronomen ἑός numquam digamma habuisse, voces ὄψ, ὄσσα consonam labialem antiquissimis temporibus amisisse. In ceteris cæsuris hi inveniuntur hiatus, qui digammate non declarantur:

in I[a] trochaica: Th. 297 σπῆϊ ἐνὶ γλαφυρῷ
Sc. 214 ἧστο ἀνήρ
Op. 550 ἥς τε ἀρυσσάμενος[4]
in II[a] trochaica: Op. 516 καί τε δι αἶγα ἄησι[5]
Fr. 245: 1 Νήπιος ὃς τὰ ἕτοιμα
in V[a] trochaica: Op. 410 μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἐς αὔριον ἔσ τε ἔνηφιν·

Sic enim ut scribamus cum codice Parisino 2771 suadent RZACH[6] et SCHULZE.[7] KNÖS, Dig. pag. 47 s.

---

[1] Fugerunt Paulsonium Th. 115, Op. 167, 521.

[2] R. KÜHNER, Ausführliche Grammatik der Griechischen Sprache, in neuer Bearbeitung besorgt von FR. BLASS (»Kühner-Blass»), Hannover I 1890, II 1892.

[3] Sunt enim in tertia trochaica: Th. 19, 255, 264, 549, 605, 855, Sc. 354, Fragm. 14: 3, 232, in bucolica: Th. 84, 182, 423, Sc. 108, 345, Op. 338, 550, 562, Fragm. 4: 1.

[4] Forsitan hiatus digammo excusetur. Vide infra pag. 37.

[5] Hunc locum præteriit PAULSON, Studia pag. 159 s.

[6] Zur ältesten Überlieferung der Erga des Hesiodos, pag. 179. (Symbolæ Pragenses, Wien 1893, pag. 165—194).

[7] Quastiones epicæ, Gueterslohæ 1892, pag. 78 (»Q. E.»)

in numero hiatuum illicitorum eos affert, qui sunt post priorem arsin pedis quinti dactylici, sed tamen non minus decem exempla Homerica[1] profert. Re vera mirari vix possumus, tot hiatus eo versus loco exstare, cum notum sit, incisiones frequentissime ibi exhibere versum heroicum. Ut numeros Hesiodeos afferam,[2] Theogonia non minus 328, Scutum 173, Opera 306 versus instruunt cæsuris non deminutis post priorem pedis quinti arsin. Qua in re hæc cæsura superat eam, quæ est post primum dactylum, ubi tamen hiatum legitimum esse docent rei metricæ scriptores. Nam primum pedem dactylicum concludit syllaba finalis in Theogonia 146^{ies}, in Scuto 64^{ies}, in Operibus 124^{ies}. Porro si considero, carmina Homerica non plus quindecim[3] hiatus post primum dactylum habere, haud scio an æquo jure legitimus statuendus sit hiatus post quintum trochæum. Quod enim Knös Hoffmannium secutus pag. 46 affert, firmiorem pedis primi arsin ad longas vocales et diphthongos producendas esse, vix ad cæsuram dactylicam sed potius ad spondaicam primam pertinere videtur. Id quidem cavendum est, ne nimium ex hiatibus, qui post priorem pedis quinti arsin exstant, concludamus.

in V^{a} dactylica: Sc. 259 ἀλλ' ἄρα ἥγε,
294 μεγάλων ἀπὸ ὄρχων
Op. 586 ἀφαυρότατοι δέ τε ἄνδρες,
713 ἄλλοτε ἄλλον.

Paulson, Studia pag. 162 s. satis explanat Th. 297, Sc. 294, Op. 586, 713. Eidem viro doctissimo omni ratione destitutus videtur Sc. 259; at tamen exemplum Homericum simillimum afferri potest: T 93 πίλναται, ἀλλ' ἄρα ἥγε κατ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει, quem versum conditorem Scuti imitatum esse conjicere possumus.

---

[1] Sunt enim hiatus: Λ 344, Ω 528, γ 290, ε 135, 262, η 256, φ 216, χ 186, ψ 335, ω 209; addi possunt Batrachom. 245 et ex Apollonii Argon. Γ 561, 1112, Β 779. Vide Rzach, Wiener Studien III, pag. 66.

[2] Paulson, Studia pag. 41.

[3] Knös, Dig. pag. 46 s.

Nihil autem dijudicant de digammo loci, ubi excipit consona labialis syllabas longas in consonas excurrentes vel longas quantitates in thesibus non correptas (excepta particula καὶ) vel figuras, quibus littera paragogica addi potest, nihil ubi in initio versuum collocantur voces, quarum de digammo quæritur.

Neglectum vero esse digamma apparet, ubi ante voces olim digammo ornatas:

1° eliditur brevis vocalis,

2° corripitur longa quantitas,

3° non producitur brevis syllaba in consonam cadens.

II.

De radicibus, quæ apud Hesiodum digammi vestigia servasse videntur.

ϝάγνυμι: Knös, Dig. pag. 50 ss., Kühner-Blass I, pag. 87, Monro² pag. 363 [1], v. Leeuwen I pag. 161 [2]. Vestigium digammi cernimus in forma καυάξαις Op. 666, 693, quam ex. *καϝϝαξαις pro *κατϝαξαις ortam esse docent Schulze, Q. E. pag. 60, G. Meyer [3] pag. 319. Ex Homericis carminibus Hartel [3] 8 exempla, quæ digamma admittunt, 2 quæ negligunt, effecit. Apud Hesiodum digamma hiatum molestum tollit post priorem pedis secundi arsin Op. 534 οὗ τ' ἐπὶ νῶτα ἔαγε; non multum interest, quod in secunda thesi producitur brevis syllaba

---

[1] D B. Monro, Homeric Grammar, second edition, Oxford 1891.

[2] J. v. Leeuwen, Enchiridion dictionis epicæ, Lugduni Batarorum I 1892, II 1894. Pruterea enumerat voces digammatas G. Meyer, Griechische Grammatik, dritte Auflage, Leipzig 1896. (G. Meyer³) pag. 308 ss. Testimonia lapidum collegit O. E. Tudeer, De dialectorum Græcarum digammo testimonia inscriptionum, Helsingforsiæ 1879.

[3] W. v. Hartel, Homerische Studien, Sitzungsbericht der Wiener Akademie I. vol. 68: III pag. 383 ss. II vol. 76: III pag. 329 ss. III vol. 78: I p. 7 ss.

in consonam nasalem exiens Op. 434 εἰ χ' ἕτερον ἄξαις; nam et codices plerique optimi ἕτερον γ' ἄξαις exarant, quod servat KIRCHHOFF [1], neque desunt similis ante vocalem productionis exempla: Sc. 341, Ω 569. Nihil probant Sc. 279, 348 περὶ δέ σφισιν ἄγνυτο ἠχώ, ubi excipit digamma litteram paragogicam.

(ϝ)ανδάνω, (ϝ)ηδύς, (ϝ)ηδυεπής: KNÖS, Dig. pag. 202 ss. KÜHNER-BLASS I pag. 88, MONRO[2] pag. 371, v. LEEUWEN I pag. 161. Linguæ cognatæ affirmant a σϝ- olim incepisse radicem, cujus digammi haud pauca testimonia lapides nobis servarunt. Forma Homerica εὔαδον Ξ 340, P 647, π 28 et ipsa consonam initialem testatur. Apud Homerum 36 locos, qui digamma ferunt, 11 qui non accipiunt litteram, invenit HARTEL III pag. 62 ss.

Num etiam Hesiodi temporibus viguerit hujus radicis spirans labialis, dijudicari non potest. Hiatus enim exstant Th. 926, ἧ κέλαδοι τε ἅδον in cæsura tertia trochaica, Th. 965, 1021 ἀείσατε, ἡδυέπειαι in cæsura bucolica, interpunctione firmata, Th. 917 τῇσιν ἅδον, antecedit littera paragogica [2], Th. 40 ἐκ στομάτων ἡδεῖα longa syllaba in consonam exiens; Fr. 191:1 ἥδιστον versum aperit.

ϝάναξ, ϝανάσσω, ϝάνασσα: KNÖS, Dig. pag. 52. KÜHNER-BLASS pag. 88, MONRO[2] pag. 364, v. LEEUWEN I p. 163. Nondum indagata est origo hujus stirpis. PRELLWITZ [3] pag. 22 dubitans cum latino pro-*vincia* cognationem agnoscit. Quin autem digamma in stirpis fronte primitus pronuntiatum sit, dubitari non potest, clamantibus titulorum non paucorum exemplis. In carminibus Homericis 156[ies] digamma posci vel tolerari, 23[ies] litteram neglegi computavit HARTEL.

Apud Hesiodum digammi excusationem postulant hiatus, qui sunt post priorem pedis secundi arsin Sc.

[1] A. KIRCHHOFF, Hesiodos' Mahnlieder an Perses, Berlin 1889.

[2] Codex Laurentianus M. RZACHIO auctore τῇσι exarat, cui rei ne plus tribuamus, admonet ceterorum librorum consensus, τῇσιν exhibentium.

[3] W. PRELLWITZ, Etymologisches Wörterbuch der Griechischen Sprache, Göttingen 1892.

179 Καίνεα τ' ἀμφὶ ἄνακτα, Sc. 354 Κήυκα ἄνακτα, in pede tertio Th. 660 ἠλύθομεν, Κρόνου υἱὲ ἄναξ, ἀνάελπτα παθόντες, in quo versu frangitur vis cæsuræ trochaicæ tertiæ fortioribus cæsuris masculis semiternaria et semiquinaria; minus fortasse excusationem poscunt hiatus in quinta cæsura trochaica Th. 403 κρατεῖ ἠδὲ ἀνάσσει, Th. 883 βασιλευέμεν ἠδὲ ἀνάσσειν, Th. 985 καὶ Ἠμαθίωνα ἄνακτα; nullum desiderant digammi excusationem Th. 347 σὺν Ἀπόλλωνι ἄνακτι, Th. 932 καὶ πατρὶ ἄνακτι, Op. 69 Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι, ubi firmiorem terminationem -ι dativi singularis tertiæ declinationis, Th. 493, 859 τοῖο ἄνακτος Th. 843 ὀρνυμένοιο ἄνακτος, Sc. 100 ἑκατηβελέταο ἄνακτος, Sc. 371 καὶ Ἐνυαλίοιο ἄνακτος, Fr. 45: 2 Βήλοιο ἄνακτος, Fr. 174: 4 χρυσοζώνοιο ἀνάσσης, ubi non minus firmam vocalem -ο genitivi singularis secundæ declinationis excipit digamma. Antecedit autem littera paragogica Th. 491, 506, 837 ἀθανάτοισιν Th. 850 καταφθιμένοισιν, Th. 1016 ἀγακλειτοῖσιν, Sc. 226 κροτάφοισιν, Sc. 328 μακάρεσσιν, Fr. 142: 1 ἐφίλησεν. Nihil colligere possumus e Fr. 128: 2 καὶ πλείστων ἤνασσε, ubi nihil impedit, quominus ἐάνασσε legamus. Digammati obstant loci tres: Th. 486 μέγ' ἄνακτι Th. 543 ἀριδείκετ' ἀνάκτων, Fr. 193: 2 δῶκε δ' ἄνακτι. Quorum Th. 486 defenditur Hymn. Hom. I, 181 μέγ' ἀνάσσεις; sumptum esse videtur ex. Hom. Κ 32 s. ὃς μέγα πάντων | Ἀργείων ἤνασσε. Th. 543 Paley[1] et Flach[2] audicius mutare student, ἀριδείκετε λαῶν vel περιδείκετε λαῶν conjicientes.

(ϝ)άρνα, (ϝ)άρνη: Knös, Dig. pag. 56. Kühner-Blass pag. 88, Monro[2] pag. 364, v. Leeuwen I pag. 163. Jam in Homericis carminibus digamma, quod tituli affirmant, moribundum esse, inde concludimus, quod ibi consona 7ies poscitur vel admittitur, 5ies respuitur[3].

[1] F. A. Paley, The epics of Hesiod, London 1883.

[2] H. Flach, Das dialektische Digamma des Hesiodos, Berlin 1876, pag. 55 adn.

[3] Hartel III: pag. 62 præteriit tres hiatus, qui sunt in pede quinto Δ 158, 435, Θ 131.

Ex Hesiodeis nihil efficere possumus ad digamma probandum. Th. 23 ἄρνας in initio versus occurit et eandem sedem obtinent Sc. 381 Ἄρνη, Sc. 475 Ἄρνην.

ϝιάχω, ϝηχέτα, ϝηχέω, ϝηχή, ϝηχήεις, ϝηχώ: Knös, Dig. pag. 59 ss. Kühner-Blass, pag. 93, Monro[2] pag. 369, v. Leeuwen I pag. 164. Affines radicis ϝαχ- latina vocabula vagire, vagitus esse monet Prellwitz pag. 116 s., qui ad eandem originem refert ἰάχω, ex *ϝι-ϝαχω ortum. Præterea de digammo statuere possumes e forma αὐίαχοι N 41 et nomine proprio ϝᾶχος, Collitz 1181 a [1]. Exceptis iis 23 locis, ubi syllabæ breves ante formas verbi ἰάχω producuntur, vix ullum certum vestigium digammi apud Homerum exstat; ἠχή non nisi in initio versuum occurrit.

Apud Hesiodum producitur brevis consona finalis in thesi secunda Sc. 451 ἀλλὰ μέγα ἰάχων, servat particula καὶ longam quantitatem Op. 582 καὶ ἠχέτα τέττιξ in quarta arsi. Hiatus autem sunt porro in fine pedis quinti. Sc. 279, 348 ἄγνυτο ἠχὼ, Sc. 438 ἡ δέ τε ἠχῇ. Producitur particula μέν in thesi secunda Sc. 441 τόσσῃ ὃ μὲν ἰαχῇ. Missum facio, quod non corripitur η in secunda thesi Th. 42 σκιδναμένῃ· ἠχεῖ δὲ. Nihil efficit Sc. 239 βαινουσέων ἰάχεσκε ubi antecedit longa syllaba in consonam exiens. Aliquot autem locis apertum est, vim digammi obsoletam esse. Legimus Th. 69 περὶ δ' ἴαχε, Sc. 382 μέγαλ' ἴαχον, Th. 708 φέρον δ' ἰαχὴν, Th. 835 ὑπὸ δ' ἤχεεν, Sc. 404 σφ' ἰαχῇ, Sc. 436 ἀμφότεροι δ' ἰάχοντες, Th. 767 δόμοι ἠχήεντες, correpta diphthongo -οι, Sc. 393 κυανόπτερος ἠχέτα τέττιξ, syllaba -ος non producta. Forma igitur ἴαχον, quæ longa utitur prima syllaba, non magis digamma admittit quam apud Homerum, quam rem ita declarat Schulze [2], ut sub forma nobis tradita lateat aoristus ϝάχον vel augmento addito εὔαχον.

ϝέο, ϝοῖ cet. pronomen personale, ἑός, ϝός pronomen possessivum, ϝώς adverbium comparationis. Knös, Dig. pag.

[1] H. Collitz, Sammlung der Griechischen Dialekt-Inschriften, Göttingen 1884 ss.

[2] Kuhns Zeitschrift, 29: pag. 230.

206 ss. KÜHNER-BLASS 1, pag. 91 MONRO[2] pag. 370, v. LEEUWEN I, pag. 164. E linguis cognatis erutum est, radicem pronominalem antiquitus a duobus consonis σϝ- incepisse. Cujus rei memoriam servant formulæ Homericæ ἀπὸ ἑο, ἀπὸ ἕθεν, producta altera syllaba præpositionis, quæ formulæ etiam ea re antiquitate redolent, quod vim reflexivam directam primitus hujus pronominis propriam nondum amiserunt.[1] Tituli multa exempla servati digammi præbent et frequentissime apud Homerum hoc pronomen occurrit, longe plurimis locis digammo locum concedens. HARTEL docet, consonan 55ies respui, 973ies autem admitti aut posci.

Neque apud Hesiodum raro invenitur, quamquam numerus figurarum deminutus est. Poeta enim noster non plus quattuor figuris utitur, εἶο, ἑοῦ (ἕο) οἷ, ἕ. Jam videamus, quæ indicia digammi ex Hesiodeis comprehenderim.

εἶο, ἑοῦ (ἕο): Illa figura tradita est Th. 392 μετὰ εἶο, ubi requiritur digamma ad molestum hiatum post secundum dactylum removendum, hæc autem paulo infra Th. 401 παῖδας δ' ἤματα πάντα ἑοῦ; G. MEYER[3] pag. 512 auctor est, sermonem mutuatum esse hanc formam ἑοῦ ab radice possessivo σεϝο-, qua re efficitur digammi excusationem huic hiatui non accedi. Neque excusatione eget hiatus in firma cæsura trochaica tertia. Vide pag. 3. Editores recentiores RZACH et SITTL[3] conjecturam Brugmanni ἕο in textu receperunt, quos si sequimur digammo locus præbetur; nam ἕο ortum est ex *σϝε-σιο > *ϝειο > ϝέο.

οἷ: ante hanc figuram producuntur particula καὶ in prima thesi Th. 475 καί οἱ πεφραδέτην, Th. 523 καί οἱ ἐπ' αἰετὸν ὦρσε, Fr. 5: 1 καί οἱ ἐπίσκοπον, Fr. 142: 2 καί οἱ τοῦτ', particula δή[2] in prima arsi, Th. 900 ὥς δή οἱ φράσσαιτο, brevis syllaba in consonam excurrens: a) in prima arsi Th. 892 τὼς γάρ οἱ φρασάτην, Sc. 11 ἡ μέν οἱ πατέρ' Sc. 20

[1] Cfr. A. DYROFF, Geschichte des Pronomen reflexivum Würzburg I 1892 II, 1893 (pag. 17).

[2] KNÖS, Dig. pag. 34.

[3] Ἡσιόδου τὰ ἅπαντα ἐξ ἑρμηνείας Καρόλου Σιττλ. Ἀθήνησιν 1889.

ὡς γάρ οἱ διέκειτο, b) in secunda thesi Th. 56 ἐννέα γάρ οἱ, Th. 520 ταύτην γάρ οἱ, Sc. 69 αὐτὸς γάρ οἱ, c) in tertia thesi Th. 479 τὸν μέν οἱ ἐδέξατο, d) in quinta thesi Sc. 125 ὅν οἱ ἔδωκε, quibus in versibus cæsura non firmatur vis thesium, sequente voce enclitica.

Hiatus, qui digammi excusatione egeant, adnotavi hos:

a) post primi pedis arsin priorem Th. 420 καί τέ οἱ ὄλβον, Th. 509 ἠδέ οἱ Ἄτλαντα, Th. 907 τρεῖς δέ οἱ, Th. 949 τὴν δέ οἱ, Sc. 68 ἀλλά οἱ.

b) post finem pedis primi, ubi nullam vocis intermissionem esse apparet inter vocem encliticam et vocabulum antecedens. Th. 301 ἔνθα δέ οἱ, Th. 303 ἔνθ' ἄρα οἱ, Th. 464 οὕνεκα οἱ, Th. 576, 578, Op. 73, ἀμφὶ δέ οἱ, Op. 76 πάντα δέ οἱ Op. 77 ἐν δ' ἄρα οἱ, Fr. 38: 1 Ἧδε δέ οἱ

c) in cæsura trochaica secunda: Sc. 411 ἐσσυμένως δέ οἱ, Fr. 5: 3 ἀκάματον δέ οἱ, Fr. 154: 3 Ἱπποτάδην τέ οἱ, Fr. 214: 2 ἀθανατων τέ οἱ.

d) post finem pedis secundi Th. 940 Καδμείη δ' ἄρα οἱ, Sc. 390 λείβεται, ὄσσε δέ οἱ, Sc. 423 ὡς ἔριπ'· ἀμφὶ δέ οἱ. Sc. 435 ἐσσυμένως· ὁ δέ οἱ σχεδὸν.

e) post priorem pedis quarti arsin: Th. 412 πόρεν δέ οἱ ἀγλαὰ δῶρα, Th. 418 πολλήτε οἱ ἕσπετο τιμή, Th. 974 πολὺν τέ οἱ ὤπασεν ὄλβον, Sc. 439 πάγος δέ οἱ ἀντεβόλησεν. Fr. 157: 2 οἶνος δέ οἱ ἔπλετο μάργος.

f) post priorem pedis quinti arsin, ubi vox enclitica prohibet cæsuram: Th. 764 χάλκεον δέ οἱ ἦτορ, Th. 824 ἐκ δέ οἱ ὤμων, Th. 826 ἐκ δέ οἱ ὄσσων, Fr. 5: 3 οὐδέ οἱ ὕπνος.

Sequuntur jam loci, e quibus de digammo nihil statuere possumus: excipit vocabulum οἱ pronomen relativum ὅ Sc. 22 μέγα ἔργον, ὅ οἱ, vocalem firmam -υ Th. 961 ἡ δέ νύ οἱ, Sc. 116 μάλα γάρ νύ οἱ; servatur longa quantitas in prima thesi Th. 503 οἵ οἱ ἀπεμνήσαντο, in tertia thesi Th. 97 γλυκερή οἱ ἀπὸ στόματος; antecedit longa syllaba in consonam exiens Th. 488 ὥς οἱ ὀπίσσω, Th. 916 ἐξ ἧς οἱ Μοῦσαι, Op. 86 ὥς οἱ ἔειπε, Fr. 38: 3 ἥν οἱ ἔτευξε. Incipit ab οἷ Op. 265. Duo restant loci, qui, si textum nobis traditum sequimur, digammati refragantur.

Sc. 15 νόσφιν ἄτερ φιλότητος ἐφιμέρου, οὐ γάρ οἱ ἦεν,
Op. 526. οὐ γάρ οἱ ἠέλιος δείκνυ νόμον ὁρμηθῆναι.

De his locis agit Hermannus, Orphica II pag. 775 ss., ubi plurima exempla congessit, quæ positionem ante pronomen οἱ negligere intellexit. Utrobique proposuit οὐδέ οἱ, quod plerique editores in textu receperunt. Sed mihi persuadere non possum, tot locos non modo Homericos et Hesiodeos sed etiam Hymnorum et epicorum recentiorum ad uniformitatem omnes ad unum esse redigendos. Nam poetæ posteriores, etiamsi voluerunt, non potuerunt vetustioris poesis epici loquendi consuetudinem adeo serviliter imitari, ut nusquam formæ e sermone quotidiano in versus eorum irreperent. Nostris igitur locis nihil est mutandum: alter altero defenditur, defenduntur ambo B 665, Ω 72, Hymn. Hom. in Venerem v. 9 cet.[1]

ἕ: Hanc figuram apud Hesiodum vim consonæ initialis retinuisse, coarguunt hiatus, qui sunt in pede primo Th. 332 ἀλλά ἑ ἶς, in pede secundo Sc. 359 ἤδη μέν τέ ἑ φημι, in pede quarto Th. 482 κρύψεν δέ ἑ χερσὶ λαβοῦσα, Th. 567 δάκεν δέ ἑ νειόθι θυμόν, Th. 798 κακὸν δέ ἑ κῶμα καλύπτει, Sc. 85 τίον δέ ἑ, Fr. 157: 4 φιλεῖ δέ ἑ μαλθακὸς ὕπνος, in pede quinto Op. 268 οὐδέ ἑ λήθει. Nusquam digamma respuitur.

Hoc loco paululum insistendum, ut commemorem rem sane sagaciter excogitatam. v. Leeuwen enim I, pag. 258, 68 ss. indagasse sibi videtur, figuras ϝοι et ϝε elisione minutas aliquot locis Homericis e textu excidisse.[2] Qua conjectura usus Rzach[3] eam protulit sententiam legendum esse Th. 399, quem versum corruptum tradiderunt codices, περισσὰ δὲ δῶρα ϝ'(οι) ἔδωκεν vel fortasse spiritu aspero adscripto δῶρα ἕδωκεν (codd. δῶρα δέδωκεν).

[1] Hac in re eandem sententiam amplexus sum, quam de Homero proposuit P. Cauer in præfatione editionis suæ Iliadis pag. XI ss. (Homeri Ilias, editio major, Vindobonæ, Pragæ, Lipsiæ 1890) et copiosius tractat in libro, qui inscribitur Grundfragen der Homerkritik, Leipzig 1895, pag. 98 ss.

[2] Eadem de re agit Monro[2] pag. 350, 370.

[3] Wiener-Studien 16 (1894) pag. 221.

ὥς, ut, ceu, adverbium comparativum, ad radicem reflexivum σϝο- trahendum esse, docent grammatici recentiores. G. Meyer[3] pag. 292, 527, Brugman, Griechische Gram.[2] pag. 134, 224. Aliam professi sunt sententiam Knös, Dig. pag. 166 ss., Monro[2] pag. 376. Consonam autem initialem mature evanuisse, carmina Homerica ostendunt, quæ 44ies consonam poscere aut pati videntur, 23ies eam respuunt.

Apud Hesiodum digamma bis productiones efficit: Th. 91 θεὸν ὥς ἱλάσκονται in quarta thesi, Th. 862 ἐτήκετο κασσίτερος ὥς, in sexta thesi. Nihil dijudicant Sc. 426 λέων ὥς, Fr. 65: 2 δράκων ὥς. Consonam autem initialem respuunt Sc. 60 σέλας ὥς, productionem omittens, Sc. 72 πῦρ δ' ὥς Sc. 165 στίγματα δ' ὥς, brevem vocalem elidentes.

ὅς, pronomen refl. possessivum. Vocalis brevis finalis producitur in tertia thesi Sc. 59 αὐτὸν καὶ πατέρα ὅν, qui versus principali cæsura utitur trochaica tertia, in sexta thesi Th. 819 θυγατέρα ἥν. Non multum probat hiatus in cæsura bucolica Sc. 38 ἀφίκετο ὅνδε δόμονδε. Præterea ordiuntur ab ὅν Th. 495, ἧς Sc. 18, ᾗ Sc. 87, ἣν Sc. 93. Antecedit littera paragogica Th. 914 ἥρπασεν ἧς, Th. 928 ἤρισεν ᾧ παρακοίτῃ, Op. 47, 381 φρεσὶν ᾗσιν. Nihil dijudicat Th. 71 νισσομένων πατέρ' ἑς ὅν, ubi proposuit Brugman teste Rzachio πατέρᾱ ὅν. Quinque autem restant loci, qui consonam initialem non ferunt. Sc. 40 ὦρτ' ἰέναι πρίν γ' ἧς ἀλόχου, ubi Fiorello, qui teste Rzachio πρὶν ἧς mavult, non est audiendus. Alteram enim id genus productionem neque apud Homerum neque apud Hesiodum inveni. N 763 οἷος ἧς ἀρετῆς ἀπονήσεται conjectura nititur. Op. 524 ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει, Op. 131 μέγα νήπιος ᾧ ἐνὶ οἴκῳ, Fr. 156: 6 τὴν δὲ Ζεὺς ἐφίλησε καὶ ὅν (Ruhnken ἐθέλησεν ἑόν). Fr. 155: 2 εὐνῆς ἕνεχ' ἧς ἀλόχοιο. Quæ exempla ostendunt, in hoc pronomine vim digammi magna ex parte amissam esse. Quod facilius fieri potuit ideo, quod eæ figuræ, quæ ab ἑ- incipunt et digamma maturius amittere debuerunt, sonum initialem in aliis quoque figuris incertam et vacillantem reddidit. Cnfr. Monro[2] pag. 383.

ἑός, altera ejusdem pronominis forma ex *σεϝος orta digammo initiali numquam instructa fuit. Adeas Dyroff, Kuhns Zeitschr. 32, pag. 87 ss. G. Meyer[3] pag. 517, Knös, Dig. pag. 96 s. Fuerunt tamen, qui censerent formam primitivam ϝεος fuisse, numero hiatuum et verorum et littera paragogica expletorum adducti. Quorum erat Flach, Dial. Dig. pag. 37. Quam ob rem necessarium est exquirere, num qua vestigia spirantis in Hesiodeis restent. Quater ante hoc pronomen hiatur: Th. 464 οὕνεκα οἱ πέπρωτο ἑῷ Sc. 45 ἀσπασίως τε φίλως τε ἑόν, Sc. 385 σῆμα τιθεὶς πολέμοιο ἑῷ, Op. 328 ὅς τε κασιγνήτοιο ἑοῦ, qui hiatus satis excusantur firmissima cæsura trochaica tertia. Adde huc quod Sc. 385. Op. 328 antecedit vocalis, quæ ægerrime eliditur. Th. 489 ἀντὶ λίθου ἑὸς υἱὸς in semiternaria non corripit firmam diphthongum -ου. Pronomen excipit ν- paragogicum Th. 487 χείρεσσιν, Th. 687 ἴσχεν, Th. 853 κόρθυνεν, Th. 890 λέγοισιν, Th. 899 πρόσθεν, omnibus locis in cæsura trochaica tertia. Ceteris locis consona initialis respuitur Th. 467, 472, 496, 818, Sc. 9, 454, Op. 58, 358, ubi cum codice Par. 2771 legendum est τέρπετ' ἑὸν κατὰ θυμόν. Quæ cum ita sint, nihil ex Hesiodeis sumi posse ad digamma initiale probandum, nemo non videt.

(ϝ)έαρ, (ϝ)ειαρινός: Knös, Dig. pag. 61 s., Kühner-Blass I, pag. 88, Monro[2] pag. 365, v. Leeuwen I, pag. 165. De digammo hujus stirpis, cujus formam primitivam *ϝεσαρ fuisse docent etymologici, non jam dubium relinquunt inscriptiones. Adjectivum quoque εἰαρινός digammo ornatum fuisse verisimile est; nam productio vocalis initialis non prothesi sed metri vinculis debetur, cum aliter vocabulum a tribus brevibus incipiens in hexametrum concludi non posset. Cnfr. Schulze, Q. E., pag. 162 ss. Apud Homerum nihil ad digamma probandum invenitur.

Apud Hesiodum digamma fortasse requiritur Op. 477 εὐοχθέων δ' ἵξεαι πολιὸν ἔαρ, οὐδὲ πρὸς ἄλλους ad producendam ultimam vocis πολιόν, quum vix quidquam cæsuræ semiseptenariæ tribui possit, antecedente semiquinaria

et sequente bucolica, interpunctione aucta. Sine dubio autem facilius producitur ultima vocis tribrevis. Sequuntur loci quinque, qui nihil probant. Th. 279, Op. 75, ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν, ubi excipit adjectivum litteram paragogicam, Op. 462, qui a vocabulo ἔαρι, Op. 682, qui ab εἰαρινός orditur, Op. 569 ἀνθρώποις, ἔαρος, ubi antecedit longa syllaba in consonam desinens. Duo restant loci, qui digamma respuunt. Op. 492 μήτ' ἔαρ (μὴ ἔαρ Paley, quod ad ea, quæ sequuntur, minus bene quadrat) Op. 678 ἄλλος δ' εἰαρινός. Videmus igitur apud Hesiodum digamma hujus stirpis moribundum aut mortuum esse.

(ϝ)εκάς, (ϝ)εκατηβελέτης cet. Haud exploratum, unde origo hujus stirpis sit repetenda, nam varie de ea re viri docti disserunt. Prellwitz, pag. 87 stirpem refert ad radicem pronominalem σϝο- ut significaret ἑ-κάς separatim, seorsum. Idem vir doctus ostendere studet, Apollinis cognomina ἑκάεργος, ἑκατηβόλος, -βελέτης et formas breviatas ἕκατος, Ἑκάτη ex eadem radice ϝεκ- derivanda esse, qua ἑκών: significare igitur sua sponte agens, jaculans. Utra via explicanda sint vocabula hæc, minoris est momenti; gravius, quod e titulis certe novimus, stirpem vel stirpes antiquitus a digammo incepisse. Apud Homerum quamquam non multis locis (4) digamma desideratur, sæpissime (36ies) tamen admittitur, decem loci consonæ initiali obstant.

Nullus locus Hesiodeus digamma requirere videtur. Servatur enim longa quantitas Th. 418 κικλήσκει Ἑκάτην in thesi secunda, Th. 411 ἡ δ' ὑποκυσαμένη Ἑκάτην, Sc. 58 ἐν τεμένει ἑκατηβόλου in thesi tertia. Neque quidquam probat producta syllaba brevis in consonam exiens Sc. 100 Ἀπόλλωνος ἑκατηβελέταο, quippe quæ cæsura firmissima trochaica tertia satis excusetur. Repugnant autem quattuor loci. Th. 94 ἐκ γὰρ μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος, quem versum descripsit auctor Hymn. Hom. 24: 2; Th. 441 εὔχονται δ' Ἑκάτῃ in Hymno Hecatæ dedito, Sc. 217 οὔθ' ἑκὰς αὐτοῦ Fr. 8: 2 τρισσὴν οὕνεκα γαῖαν ἑκάς, syllabam -αν correptam servans.

ϝέκαστος: Knös, Dig. pag. 66 ss., Kühner-Blass I, pag. 90. Monro[2] pag. 366. v. Leeuwen I, pag. 166. Existimant etymologici vocem cum pronomine reflexivo esse conjungendam, unde concludi licet, ab σϝ- eam olim incepisse. Satis comprobatum est digamma et titulis et carminibus Homericis, ubi 135 exempla, quæ digamma poscunt aut admittunt, 56, quæ negligunt consonam, exstare docet Hartel III, p. 64 s.

In Hesiodeis digamma desideratur ad semovendum hiatum post primi pedis arsin priorem Th. 370 οἱ δὲ ἕκαστοι. Incertius digammi argumentum sunt hiatus post priorem pedis quinti arsin Th. 73 εὖ δὲ ἕκαστα, Th. 393 τιμὴν δέ ἕκαστον. Nihil autem comprobant hiatus in cæsura tertia trochaica Th. 151, 672 κεφαλαὶ δὲ ἑκάστῳ, neque magis Sc. 283, 299 αὐλητῆρι ἕκαστος propter firmitatem terminationis -ι. Ter vocabulum ἕκαστος digamma non accipit Th. 549 ὅς τις ἕκαστος (ὅς τε ἕκαστος Flach, ὥς τε ἕκαστος Fick), Op. 393 ὥς τοι ἕκαστα, ubi proposuerunt Bentley ὥς τε ἕκαστα, v. Lennep[1] ὥς τὰ ἕκαστα Fr. 182: 1 Εὖ νῦν μοι τάδ' ἕκαστα (conjecit Buttman τὰ ἕκαστα). Mutationes, quas modo attuli, satis lenes esse, facile concesserim, neque tamen videtur esse, cur libris manuscriptis non credamus, collatis omnibus locis Homericis, qui digamma aspernantur.

(ϝ)εκών, (ϝ)έκητι: Knös, Dig. pag. 68 s., Kühner-Blass I pag. 90, Monro[2] pag. 366, v. Leeuwen I pag. 167. Harteli numeris edocemur, 29 locos Homericos digammi vestigia præbere, 8 autem respuere consonam, quæ præterea titulis firmatur. Apud Hesiodum digamma non desideratur. Excipit enim Op. 4 Διὸς μεγάλοιο ἕκητι firmam terminationem -οιο secundæ declinationis, Op. 282 ὅς δέ κε μαρτυρίῃσιν ἑκὼν, litteram paragogicam. Non admittit digamma Th. 232 ὅτε κέν τις ἑκὼν, ubi Flach l. l. pag. 36 mavult ὅτε τίς κε ἑκὼν, quod tamen veram lectionem esse vix

[1] Hesiodi Opera et Dies; Amstelodami 1847; Hesiodi Theogonia, Amstelodami 1843.

credo. Si enim primitus ita exaratum esset, simplicissime summotus esset hiatus littera paragogica addita.

ϝελπίς cet. Knös Dig. pag. 80 ss., Kühner-Blass I pag. 91, Monro[2] pag. 367, v. Leeuwen I pag. 167. Digamma, quod semel inscriptiones exarant, apud Homerum 22ies adscribi potest 12ies respuitur. Hartel. III pag. 64 s. Apud Hesiodum digamma requiritur ad explendos hiatus Op. 96 μούνη αὐτόθι Ἐλπὶς post secundum dactylum, Op. 498 κενεὴν ἐπὶ ἐλπίδα μίμνων, ubi obscuratur cæsura bucolica præpositione semiproclitica; minus comprobat Op. 475 καί σε ἔολπα, ubi hiatur post priorem pedis quinti arsin. In introitu versuum legimus Op. 500 Ἐλπίς Sc. 66 ἐλπόμενος. Obstat digammati Op. 273 ἀλλὰ τά γ' οὔπω ἔολπα τελεῖν Δία μητιόεντα.

εἰλίπους, εἰλυφάω, εἰλυφάζω, ἔλυμα, ὅλμος, ἱλαδόν, ἕλιξ, ἑλίσσω, ἑλικῶπις, ἑλικοβλέφαρος. Knös Dig. pag. 70 ss. 73 ss. 76 ss. Kühner-Blass I, pag. 89, 91. Monro[2] pag. 366 s. Hæc vocabula in unum congessit v. Leeuwen I pag. 168 s., radicem ϝελ-, quæ inest in latino verbo volvo, got. valvjan, omnibus subesse contendens. Lapides consonam initialem aliquot locis præbent, Homerica autem carmina adjectivo ἕλιξ solum digammi indicia exhibent. Locos Hesiodeos jam perscrutabor:

εἰλίπους occurrit Th. 290 βουσὶν ἐπ' εἰλιπόδεσσιν, Th. 983 βοῶν ἕνεκ' εἰλιπόδων Op. 795 μῆλα καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς, Fr. 156: 2 μήλοισι καὶ εἰλιπόδεσσι βόεσσιν. Ubique consona labialis respuitur.

εἰλυφάω: Th. 692 ἱερὴν φλόγα εἰλυφόωντες hiatum præbet in cæsura bucolica, cujus vi satis excusatur.

εἰλυφάζω Sc. 275 δαΐδων σέλας εἰλύφαζε digammo refragatur.

ἔλυμα, pistillum, Op. 436 δρυὸς ἔλυμα syllabam -ος, Op. 430 ἐν ἐλύματι πῆξας voculam ἐν corripit.

ὅλμος, in initio versus occurrit Op. 423.

ἱλαδόν: Op. 285 ante hanc vocem corripit particulam καὶ.

ἕλιξ: Op. 795 καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς, ubi in seminovenaria producitur ultima vocis, quæ aliter in hexametro poni non potest, non multum probat; nec quidquam dijudicant Sc. 295 ἀργυρέης ἑλίκεσσιν Op. 452 χορτάζειν ἕλικας βόας.

ἑλικῶπις: Th. 307 ἄνεμον ἑλικώπιδι κούρῃ producit ultimam vocis tribrachicæ in semiseptenaria, qua in re ne plus consonæ initiali tribuamus, prohibemur Th. 480 τραφέμεν ἀτιταλλέμεναί τε, qui in eadem versus sede bucolica cæsura obscurata brevem syllabam -μεν pro longa usurpat. Excipit porro hoc vocabulum longam syllabam in consonam exeuntem Th. 298 νύμφην ἑλικώπιδα, Th. 998 ἀγὼν ἑλικώπιδα κούρην.

ἑλικοβλέφαρος semel occurrit Th. 16 Θέμιν αἰδοίην ἑλικοβλέφαρον post longam syllabam in consonam excurrentem.

ἑλίσσω: Perfecti medii participium legitur Th. 791 δίνῃς ἀργυρέῃς εἰλιγμένος, Fr. 65: 2 καί τε δι' Ἐρχομενοῦ εἰλιγμένος, neque ullum digammi testimonium exhibet.

Loci, quos jam omnes attulisse me spero, etsi non sunt multi, tamen affirmant consonam initialem radicis ϝελ- aut plane obmutuisse aut infirmissima natura fuisse. Nusquam enim in Hesiodeis ad digamma confugere nobis opus est.

(ϝ)έξ, (ϝ)έκτος, (ϝ)εξήκοντα Knös Dig. pag. 219 ss., Kühner-Blass I, pag. 91, Monro² pag. 371, v. Leeuwen I, pag. 169. Prellwitz in glossario pag. 96 formam primitivam sveçs affert. Solmsen[1] autem verisimile facere conatus est, linguam Græcam duplices formas ab antiquis temporibus hereditate accepisse, alteram a σϝ- ordientem, alteram digammo non instructam. Digamma servatum est in multis titulis, cum carmina Homerica, si Hartelium sequimur, 5ies consonam accipiat vel poscat totidemque respuat.

Apud Hesiodum nullum certum digammi indicium inveni. Producuntur enim diphthongus -αι Op. 613 πέντε δὲ συσκιάσαι, ἕκτῳ, longa vocalis η Op. 785 οὐδὲ μὲν ἡ πρώτη

[1] Kuhns Zeitschrift, 32 pag. 278 adn.

ἕκτη, utraque in cæsura semiquinaria. Primum versus pedem ἕκτη explet Op. 782. Post longam syllabam in consonam exeuntem ἕξ legitur Fr. 71: 1 υἱεῖς ἓξ ἐγένοντο (sic codd.) Respuitur autem digamma Op. 564 Εὖτ' ἂν δ' ἑξήκοντα (ἢν δὴ ϝεξήκοντα Rzachio teste proposuit Flach).

ϝεῖπον, ϝέπος, ὄψ, ὄσσα: Knös Dig. pag. 82 ss. Kühner-Blass I pag. 89, Monro[2] pag. 367, v. Leeuwen I pag. 169. Non desunt formæ digammatæ titulis nobis servatæ, et frequentissima hæc vocabula apud Homerum sunt, cujus in carminibus Hartel 350 exempla, quæ digamma accipiunt, 111 exempla, quæ spirantem labialem negligunt, computavit. Vocabula ὄσσα et ὄψ apud Homerum nulla certa vestigia digammi reliquerunt: ante ὄψ quater elisio est facta.

Hæc præfatus ad Hesiodum transeamus. Ascripto digammo expletur hiatus molestus in fine pedis quinti Sc. 116 ἄρμενα εἶπε. Porro producitur particula καὶ in secunda arsi: Th. 115 καὶ εἴπαθ'. Certum digammi vestigium non existimamus, quod producuntur syllabæ breves in consonas cadentes Op. 710 ἤ τι ἔπος εἰπών, Op. 721 εἰ δὲ κακὸν εἴποις in thesi secunda, Sc. 117 ἀμειβόμενος ἔπεα, Op. 453 ῥηΐδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν in thesi tertia. Nihil dijudicant Op. 403 ἀχρήιος δ' ἔσται ἐπέων, Th. 90 παραιφάμενοι ἐπέεσσιν, ubi in thesi tertia servantur longæ quantitates. Antecedunt voces, quæ elisione non minuuntur Sc. 330 ἄλλο δέ τοί τι ἔπος, Op. 295 εὖ εἰπόντι, Op. 710 ἤ τι ἔπος εἰπών, longæ syllabæ in consonas exeuntes, Sc. 122, 338 ὣς εἰποῦσ', Fr. 188: 2 ἐών· εἴποις. In initio versus ponuntur εἴπατε Th. 108, εἶπε Th. 163, 392. Quinque restant loci, qui digamma non admittunt. Th. 84 τοῦ δ' ἔπε' ἐκ στόματος (Paley τοῦ ἔπε') Th. 645 ὄφρ' εἴπω (ὣς εἴπω Flach), Sc. 326 καί σφεας θαρσύνουσ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, qua tamen in formula vocis ἔπεα vocalibus finalibus per synizesin pronuntiatis digammati locus parari potest. Agit de ea re Knös, Dig. pag. 87. Op. 186 χαλεποῖς βάζοντες ἔπεσσι (Lennepii conjectura βάζοντε ἔπεσσιν hodie vix est afferenda), Op. 453 ῥηΐδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν (Paley ῥηΐδιον δὲ ἔπος).

Vocabula ὀψ, ὄσσα nusquam digamma requirunt. Admittunt consonam initialem Th. 10 περικαλλέα ὄσσαν ἱεῖσαι, Th. 65 διὰ στόμα ὄσσαν ἱεῖσαι, ubi hiatur in cæsura bucolica, Th. 68 ἀγαλλόμεναι ὀπὶ καλῇ, ubi producitur diphthongus -αι in quinta thesi. Th. 701 οὔασιν ὄσσαν ἀκοῦσαι, ubi antecedit ν-paragogicum. Leguntur post longam syllabam in consonam excurrentem Th. 41 θεᾶν ὀπὶ Th. 830 παντοίην ὄπ' ἱεῖσαι. Tribus autem locis respuitur digamma Th. 43 ἄμβροτον ὄσσαν ἱεῖσαι, Th. 67 ἐπήρατον ὄσσαν ἱεῖσαι, Th. 832 μένος ἀσχέτου ὄσσαν. Quorum locorum cum nullus talem præ se ferat speciem, ut digammi causa mutandus videatur, verisimile est, digamma harum vocum mortuam esse. Qua de re plus infra.

(ϝ)είρω, εἰρήνη, εἴρη: KNÖS, Dig. pag. 89 ss. KÜHNER-BLASS I, pag. 89, MONRO[2] pag. 368, v. LEEUWEN I, pag. 170. Digamma, quod sæpius legitur in titulis, multa vestigia apud Homerum reliquit. Locis enim 59 digamma poscitur aut admittitur, ter respuitur. HARTEL III, pag. 66 s. Vocem εἰρήνη, quæ nullum digammi vestigium prodit, verisimile est numquam consonam initialem habuisse. Cnfr. PRELLWITZ pag. 86. De vocabulo εἴρη nihil certi scimus.

Apud Hesiodum digamma nusquam requiritur. Nullum enim est testimonium spirantis Sc. 330 ἄλλο δέ τοί τι ἔπος ἐρέω, ubi producitur syllaba brevis in consonam exiens in cæsura semiquinaria. Præterea producitur firma diphthongus Op. 370 ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος in thesi tertia. Legitur in initio versus Th. 38 εἰρεῦσαι, post longam syllabam in consonam exeuntem Op. 286, 666 ἐρέω. Restat Op. 202 Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσιν ἐρέω; sic enim legere certius est, εω per synizesin pronuntiando. Cod. Par. 2771 et alii βασιλεῦσ' ἐρέω exarant (Vide Rzachii adn.), sed quamvis bona sit nota Cod. Par., in elisione non nimium credendum esse codicibus, satis est notum. Ne quis de synizesi dubitet, affero Op. 286 Σοὶ δ' ἐγὼ ἐσθλὰ *νοέων* ἐρέω, μέγα νήπιε Πέρση. Εἰρήνη, consonam initialem non fert, ut par est, Th. 902 Δικήν τε καὶ Εἰρήνην.

In versus introitu occurrit Op. 228; εἰρέας in fronte versus ponit Th. 804.

ϝέργον, ἐργάζομαι, ἔργμα, ἔρδω: Knös, Dig. pag. 91 ss. Kühner-Blass I, pag. 92, Monro² pag. 368, v. Leeuwen I. pag. 171. Compluribus locis formæ digammo instructæ in inscriptionibus nobis obviæ sunt, et apud Homerum Hartel 194 locos invenit, qui digamma postulant aut admittunt, 32 autem, qui negligunt consonam. Apud Hesiodum non raræ sunt hæ voces, quarum maxima pars Operum est.

ϝέργον: Hujus vocabuli consonam spirantem vim quandam habuisse, inde concludimus, quod producuntur particula καὶ in arsi secundi pedis Op. 382 ὧδ' ἔρδειν, καὶ ἔργον, longa vocalis -ω in arsi primi pedis Op. 521 οὔ πω ἔργα ἰδυῖα, brevis syllaba in consonam exiens Op. 443 ὅς ἔργου, in prima thesi. Hiatus ante ἔργον occurrunt:

a) in fine pedis secundi: Th. 836 καί νύ κεν ἔπλετο ἔργον, Th. 954 ὄλβιος ὃς μέγα ἔργον, Sc. 22 ἐκτελέσαι μέγα ἔργον, Sc. 38 ἐκτελέσας μέγα ἔργον, Sc. 297 χρύσεος ἦν, κλυτὰ ἔργα, Sc. 313 χρύσειος, κλυτὰ ἔργα, Op. 440 ἄξειαν, τὸ δὲ ἔργον.

b) in fine pedis quarti, ubi minuitur vis bucolicæ antecedente cæsura semiseptenaria Th. 677 χειρῶν τε βίης θ' ἅμα ἔργον ἔφαινον, Op. 20 ὁμῶς ἐπὶ ἔργον ἐγείρει.

c) in fine pedis quinti: Th. 158 ἐπετέρπετο ἔργῳ, Th. 166, 172 ἀεικέα μήσατο ἔργα, Th. 710 κάρτος δ' ἀνεφαίνετο ἔργον. Sc. 34 μήδετο θέσκελα ἔργα, Sc. 165 ἐδαίετο θαύματα ἔργα, Op. 124, 254 δίκας καὶ σχέτλια ἔργα, Op. 238 καὶ σχέτλια ἔργα, Op. 422 μεμνημένος ὥρια ἔργα, Op. 444 ἀλλ' ἐπὶ ἔργῳ, Op. 549 μακάρων ἐπὶ ἔργοις, Op. 779 προβάλοιτό τε ἔργον.

Mitto autem hiatus, qui sunt in cæsura bucolica Th. 89 μετάτροπα ἔργα τελεῦσαι. Th. 264 ἀμύμονα ἔργα ἰδυῖαι, Th. 603 μέρμερα ἔργα γυναικῶν. Op. 231 μεμήλοτα ἔργα νέμονται, Op. 773 βροτήσια ἔργα πένεσθαι, Fr. 148: 2 φράσσεν δ' ἄρα ἔργ' ἀίδηλα, tum brevem syllabam in cæsura semiternaria productam, Op. 564 τὸν φθάμενος ἔργον collato

Fr. 142: 3 εὑράμενος ἵλεων, productam diphthongum in cæsura semiquinaria Sc. 244 ζωῇσιν ἴκελαι, ἔργα, productam vocalem longam in eadem sede Op. 641 ὦ Πέρση, ἔργων. Porro hanc vocem post longam syllabam in consonam desinentem legimus Op. 21 ἰδὼν ἔργοιο, Op. 308 ἐξ ἔργων, Op. 316 εἰς ἔργον, Fr. 4: 2 νοσφιδίων ἔργων. Incipiunt autem ab hoc vocabulo Th. 171, 210, 879, Op. 46, 64, 146, 311, 334, 393, 398, 767, Fr. 246.

Sequitur jam, ut enumerem, quibus locis digamma non accipiatur. Sunt autem quattuordecim. Th. 146 μηχαναὶ ἦσαν ἐπ' ἔργοις. Lennep conjecit ἦν ἐπὶ ἔργοις collatis Th. 321, 825, Op. 549; quæ conjectura mihi valde placet, neque si eam probamus, mirari possumus, doricam formam [1] minus usitatam extrusam esse. Th. 595, 691 ξυνήονας ἔργων, ubi idem Lennep contractionis leges haud curans ξυνήονας trisyllabum esse contendit. Th. 903 αἵ τ' ἔργ ὠρεύουσι, ubi FLACH [2] non bene particulam τ' expungit. Aptissime enim αἵτ' aperit enuntiatum relativum, quo sempiterna et perpetua opera Horarum nobis narratur. [3] Accedit quod paulo infra v. 905 plane eodem sensu αἵτε usurpatur. Op. 28 ἀπ' ἔργου θυμὸν ἐρύκοι (ἀέργον θυμὸν Bentley), Op. 119 ἥσυχοι ἔργ' ἐνέμοντο (ἥσυχα ἔργα idem). Op. 306 σοὶ δ' ἔργα φίλ' ἔστω. Op. 382 ἔργον ἐπ' ἔργῳ, quod codices meliore nota exhibent. Altera lectio deterioribus nobis tradita est ἔργον δέ τ'ἐπ' ἔργῳ, qua nisus Lennep proposuit ἔργον δ'ἐπὶ ἔργῳ. Certius tamen codices meliores duces sequi. Op. 409 μινύθῃ δέ τοι ἔργον (Bentley δέ τε ἔργον) Op. 412 μελέτη δέ τοι ἔργον ὀφέλλει (δὲ τε ἔργον Bentley), Op. 454 πάρα δ' ἔργα βόεσσιν (expungit particulam δ' Lennep) Op. 494 ὁπότε κρύος ἀνέρας ἔργων, ubi RZACH [4] Etymol. magn. secutus ἀνέρα in textu posuit. Cui conjecturæ favet, quod altero loco Hesiodeo non exstat figura ἀνέρας, [5] Op. 578 ἠὼς γὰρ

[1] BRUGMAN, Gr. Gram.² pag. 152, G. MEYER³ pag. 568.

[2] l. l. pag. 26.

[3] Cnfr. MONRO² pag. 235.

[4] Cnfr. adn. criticam.

[5] Cnfr. RZACH, Der Dialekt des Hesiodos pag. 411 (Jahrbücher für classische Philologie. Herausgegeben von ALFRED FLECKEISEN, Achter Supplementband, Leipzig 1875—76, pag. 353—466.)

τ' ἔργοιο (FLACH particulam τ' semovit), Op. 579 προφέρει δὲ καὶ ἔργου (δέ τε ἔργου Bentley). Facillime igitur multis locis digammo satisfacere possumus, neque tamen conjecturas accipiendas esse censeo (excepto fortasse Op. 494 ubi altera mutationis causa accedit) præsertim cum voces cognatæ digamma abjecisse videantur.

ἐργάζομαι: Non magis quam apud Homerum certa digammi indicia Hesiodea exhibent; nihil enim probant hiatus qui occurrunt Op. 43 ἐπ' ἤματι ἐργάσσαιο, Op. 314 τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον, quod antecedunt vocales firmiores, nihil productiones longarum quantitatum Op. 397 ἐπιμετρήσω· ἐργάζευ in semiquinaria, Op. 382 ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθαι in quarta arsi, sequente bucolica, nihil Op. 827 εἰδὼς ἐργάζηται (initium vers.). Post litteram paragogicam legitur Op. 312 εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, in introitu versus Op. 299. Neque desunt loci, qui digammati refragentur: Th. 440 γλαυκὴν δυσπέμφελον ἐργάζονται, Op. 151 ubi codd. vaccillant inter δ'ἐργάζοντο et δ' εἰργάζοντο, quarum lectionum illa digamma respuit, hæc nihil dijudicat, Op. 309 καί τ' ἐργαζόμενος, Op. 438 τῷ ἐργάζεσθαι, correpta -ω vocali, Op. 623 γῆν δ'ἐργάζεσθαι

ἔργμα: nusquam digamma requiritur; nam hiatus qui ante hoc vocabulum est Th. 823 ἐπ' ἰσχύι ἔργματ' ἔχουσαι excusatur et cæsura bucolica et firmitate terminationis -ι. Obstat autem digammo Op. 801 οἱ ἐπ' ἔργματι τούτῳ ἄριστοι.

ἔρδω: hoc verbum apud Hesiodum spirantem initialem plane perdidisse videtur. Exceptis enim duobus locis, quibus versus aperit, Th. 417, Fr. 182: 3, semper digamma respuitur. Legitur autem porro Op. 35, 382, 760 ὧδ' ἔρδειν, Op. 136 οὐδ' ἔρδειν, Op. 327 ξεῖνον κακὸν ἔρξῃ, Op. 336 δ'ἔρδειν, Op. 362 τοῦτ' ἔρδοις, Op. 708 πρότερος κακὸν ἔρξῃς, Op. 710 ἠὲ καὶ ἔρξας. Notatu dignum videtur locos repugnantes omnes in Operibus inveniri.

ἔργω, arcere: KNÖS, Dig. pag. 96 ss. KÜHNER-BLASS I, pag. 91. v. LEEUWEN I. pag. 170. Radicem antiquitus a digammo incepisse testantur et linguæ cognatæ et figuræ vocali prosthetica auctæ. Apud Homerum duos

locos, qui digamma desiderant, affert KNÖS, quibus tamen multo plures opponi possunt digamma qui respuunt.

Hesiodus semper formas prosthetica vocali instructas usurpat. Ocurrit autem hoc verbum Th. 754, Op. 269. 335, 480.

ἐρύω, traho, ἐρυσάρματος: KNÖS, Dig., pag. 100 ss. KÜHNER-BLASS, I, pag. 92. MONRO,[2] pag. 371, v. LEEUWEN I, pag. 171, SCHULZE, Q. E., pag. 317 ss. Homerica forma αὐέρυσαν ex *αν-ϝερυσαν orta digamma initiale confirmat. Præterea apud Homerum digamma 64ies poscitur aut accipitur, 18ies respuitur. Hartel III, pag. 66 s. Apparet verbum εἰρύω, si ex ἐϝρύω ortum est,[1] digamma vestigia non ostendere.

Apud Hesiodum nulla inveniuntur digammi certa testimonia. Producuntur in semiseptenaria syllaba brevis in consonam exiens Sc. 369 ἐχέμεν ἐρυσάρματας ἵππους, diphthongus -ου in semiquinaria Op. 624 νῆα δ' ἐπ ἠπείρου ἐρύσαι; antecedit ν- paragogicum Sc. 457 εἷλεν ἐρυσσάμενος. Digammati obstat Fr. 230 περιφραδέως δ' ἐρύσαντο.

Op. 818 figuram εἰρύμεναι in initio versus collocat.

ϝέννυμι, ἐσθής, εἷμα: KNÖS, Dig., pag. 103 ss., KÜHNER-BLASS I, pag. 91, MONRO,[2] pag. 368, v. LEEUWEN I, pag. 172. Digamma, quod in titulo scriptum exstat, in Homericis 113ies vestigia sui reliquisse, 14ies respui computait HARTEL l. l.

Apud Hesiodum digammo vix egemus ad explendos hiatus, qui sunt post finem pedis primi dactylici Op. 125 ἠέρα ἑσσάμενοι = Op. 255, Op. 223 ἠέρα ἑσσαμένη, Op. 536 καὶ τότε ἕσσασθαι. Nihil dijudicant Th. 574 ἀργυρέῃ ἐσθῆτι qui producit diphthongum ῃ in thesi secunda, Sc. 159 εἷμα in introitu versus collocans. Non vero admittit digamma, Op. 556 κατά θ' εἵματα δεύσῃ.

ϝέσπερος, Ἑσπερίδες, Ἑσπερέθουσα: KNÖS, Dig. pag. 101, KÜHNER-BLASS I, pag. 93. MONRO[2] pag. 268, v. LEEUWEN I, pag. 172. Consona labialis initialis, quæ servata est

[1] G. MEYER[3] pag. 559. PRELLWITZ, pag. 104.

in inscriptione Locrensi[1], apud Homerum 8ies requiritur, nusquam respuitur.

Uno loco in Hesiodeis necessarium est digamma ad explendum durum hiatum, qui est post finem pedis tertii Op. 552 ἄλλοτε μέν θ' ὑεὶ ποτὶ ἕσπερον.

Ἑσπερίδες, nymphæ, quæ mala aurea custodiebant, et Ἑσπερέθουσα, quod erat nomen unius ex hesperidis, digamma accipere nolunt, excepto Th. 215, quo Ἑσπερίδας versum aperit. Contrarii autem sunt hi loci: Fr. 275 πρὸς νυκτὸς ἵν' Ἑσπερίδες, Th. 518 πρόπαρ Ἑσπερίδων, Fr. 251 καὶ Ἑσπερέθουσα βοῶπις.

(ϝ)έτος: Knös, Dig. pag. 107 ss., Kühner-Blass I, pag. 93, Monro[2] pag. 368, v. Leeuwen I, pag. 172. Manifesta digammi vestigia præbent inscriptiones haud paucis locis, cum Homerica carmina vix ullum certum indicium exhibeant, licet non plus unus locus B 328 digammo repugnet.

Apud Hesiodum dubitari potest, num requiratur digamma Op. 173 τρὶς ἔτεος ad producendam syllabam brevem in prima thesi. Conferendus enim est Op. 596 τρὶς ὕδατος, qui eandem productionem ante vocalem efficit. Excipit autem hæc vox longam syllabam in consonam exeuntem Op. 130 ἀλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς ἔτεα, Op. 697 μήτε τριηκόντων ἐτέων. Neglegit vero digamma Th. 803 ἐννέα πάντ' ἔτεα, ubi tamen digammo satisfacere possumus, si probamus Flachii conjecturam ἐννέα πάντα ἔτεα.[2]

ϝῆθος, ἠθεῖος: Knös, Dig. pag. 217 s., Kühner-Blass I, pag. 93, Monro.[2] pag. 371, v. Leeuwen I, pag. 172. De his verbis tacent tituli. Quo gravius fit testimonium Hesychii, duas glossas afferentis, quæ digamma comprobant. Apud Homerum ἦθος solum digamma poscit ξ 411.

Certiora digammi vestigia in Hesiodeis comprehendimus. Producitur enim particula καὶ in arsi tertia Op. 525 ἔν τ' ἀπύρῳ οἴκῳ καὶ ἤθεσι, in arsi quarta Th. 66 νόμους

[1] Collitz, 1478[10].

[2] De synizesi cnfr. Rzach, Dial. pag. 375.

καὶ ἤθεα κεδνά, Op. 167 βίοτον καὶ ἤθε' ὀπάσσας, Op. 222 πόλιν καὶ ἤθεα λαῶν. Aspernantur autem digamma totidem loci, quos omnes in Operibus invenimus. Op. 67 νόον καὶ ἐπίκλοπον ἦθος (furtificum ingenium) = Op. 78. BENTLEY, quem sequitur alter Anglicanus PALEY, his locis digammati locum parare conatus est, ἐπίκλοπα ἤθη conjiciens. Tamen non videtur esse, cur ad conjecturas confugiamus. Paulo supra in versu 63 καλὸν εἶδος ἔχουσα eodem modo respuitur digamma, qui versus et ipse ejusdem de Pandora fabulæ est. Op. 699 ὥς κ' ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς, quam codicum scripturam jam quarto p. Chr. sæculo exstitisse affirmat papyrus Erzherzog Rainer [1]. Aliis e fontibus fluxit varia lectio ἵνα ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς (vide adn. Rzachii) quam tamen illi præferre contra omnium codicum et papyri auctoritatem vix licet. Op. 137 ἣ θέμις ἀνθρώποισι κατ' ἤθεα, ubi facillime restitui potest digamma, si Bentleyum secuti breviore terminatione dativi pluralis -οις utimur. Neque tamen conjecturis augendus est numerus eorum dativorum, qui in -οις exeunt [2], neque ut hic formam vestustiorem restituamus, illic recentiorem inculcare conemur. ἠθεῖος semel occurrit in fronte versus Sc. 103.

(ϝ)ίς; (ϝ)ῖφι, ἴσχυς, (ϝ)ιφικλῆς, (ϝ)ίφιτος, (ϝ)ίφικλος: KNÖS, Dig. pag. 127 ss., KÜHNER-BLASS I, pag. 95, MONRO² pag. 369, v. LEEUWEN I, pag. 173. Superest digamma in nominibus quibusdam, quæ tituli oblivioni eripuerunt. Apud Homerum digamma 45 locis vestigia sui reliquit, 11 locis respuitur. HARTEL l. l.

Apud Hesiodum digamma certis vestigiis caret: nam Th. 332 ἀλλά ἑ ἲς ἐδάμασσε et Sc. 54 τὸν δ' ἄρα Ἰφικλῆα hiatus præbent post finem primi pedis dactylici. Hic tamen locus conjectura nititur; codices exarant αὐτὰρ Ἰφικλῆα, producta syllaba brevi in prima arsi, quod aperte corruptum est. Nihil efficitur ex eo, quod producitur syllaba brevis in consonam exiens in quarta thesi Op. 541

[1] RZACH. Symbolæ Pragenses pag. 190.
[2] MONRO² pag. 86.

βοός ἶφι κταμένοιο. Tum excipit litteram paragogicam Sc. 11 ἀπέκτανεν ἶφι δαμάσσας. In introitu versuum ἴς legitur Th. 951, Op. 518, Ἴφικλος Fr. 194: 2. Uno loco digamma adscribi non potest Fr. 135: 4 Τόξευς ἀντίθεος, ἠδ' Ἴφιτος ὄζος Ἄρηος. FLACH proposuit ἀντίθεος ἰδὲ Ἴφιτος, cui conjecturæ tamen id obstat, quod multo rarius Hesiodus ἰδὲ quam ἠδὲ usurpat.[1]

ἰσχύς, quod vocabulum CURTIUS,[2] pag. 389 auctoritate HESYCHII nisus itemque PRELLWITZ pag. 132 ab eadem radice ϝι- ducunt, quater apud Hesiodum legitur. Th. 146, 153 ἰσχύς in initio ponunt versuum, Th. 823 χεῖρες μὲν ἔασιν ἐπ' ἰσχύι, digamma aspernatur. Nominis loco hoc vocabulo utitur Fr. 148: 3 ὅτ' ἄρ Ἴσχυς ἔγημε Κόρωνιν, ubi digammo locus paratur, si textum propius ad codicum scripturam statuimus, cum Markscheffelio et Flachio ὅτι Ἴσχυς legentes. Cnfr. adn. crit. Rzachii.

(ϝ)ίεμαι, ἰωχμός, ϝῖρις: v. LEEUWEN I pag. 173, II pag. 450 s., G. MEYER[3] pag. 292. Verbo ἵεμαι L. MEYER digamma tribuit præeunte Bekkero. PRELLWITZ pag. 127 in comparationem vocat latinum vis. Confusione autem figurarum verbi ἵημι digamma mature infirmabatur. Ex eadem radice derivandum esse substantivum ἰωχμός idem vir doctus hac proportione verisimile facere studet: ϝιώκω (COLLITZ 3153) : ϝίεμαι = διώκω: δίεμαι; ex ϝιώκω autem ductum esse ἰωχμός velut ex διώκω διωγμός. Cnfr. SCHULZE Q. E. pag. 470. De nomine nuntiæ deorum agit KNÖS, Dig. pag. 125, originem e radice ϝειρ-, ϝερ- loqui repetens. Magis autem placet etymon, quod protulit MAAS.[3] Vidit enim ille nomen deæ cum radice ϝι- cohærere. Testatur digamma Pausanias III, 19, 4 ἄγαλμα Βίριδος.

In Hesiodeis verbo ἵεμαι semel digamma concedi potest Sc. 23 τῷ δ' ἅμα ἱέμενοι, ubi hiatus est post primum dactylum.

[1] PAULSON, Studia pag. 158 adn. I.

[2] Grundzüge der Griechischen Etymologie, 5te Auflage, Leipzig 1879.

[3] Indogermanische Forschungen I, pag. 157 ss.

Prorsus autem nihil probant Sc. 65 ἵππων ἱεμένων, Sc. 231 ἱέμεναι μαπέειν (initium versus). Repugnant vero digammo Sc. 169 κοτεόντων θ' ἱεμένων τε, Sc. 251 πᾶσαι δ' ἄρ' ἵεντο, ubi corripitur vocalis radicis.

ἰωχμός consonam initialem non fert Th. 683 ἀσπέτου ἰωχμοῖο.

Ἶρις hiatus efficit Th. 780 πόδας ὠκέα Ἶριν in fine pedis quinti, qui hiatus digammi memoriam prodit, et Th. 784 Ζεὺς δέ τε Ἶριν ἔπεμψε in fine pedis primi dactylici. Antecedit littera paragogica Th. 26 ἠδ' ὠκεῖαν τέκεν Ἶριν·

Rad. ϝιδ-: ϝοῖδα, ἔϝιδον, (ϝ)εῖδος, ἰδμοσύνη, (ϝ)ἴδρις, ἵστωρ: Knös Dig. pag. 110 ss., Kühner-Blass I pag. 94, Monro[2] pag. 369, v. Leeuwen I pag. 173. Tituli multis locis digamma exarant et sæpissime (493^{ies}) apud Homerum consona aut poscitur aut admittitur, 91^{ies} autem negligitur. Hartel III pag. 68 s.

Transeo jam ad locos Hesiodeos perscrutandos.

οἶδα, ἴδμεν, εἰδώς: Digammi vestigia ostendunt hiatus, qui sunt a) post priorem pedis secundi arsin Op. 40 οὐδὲ ἴσασιν, Op. 814 παῦροι δ' αὖτε ἴσασιν; b) post pedem quintum Th. 236 δήνεα οἶδεν, Th. 545 μήδεα εἰδώς quod recurrit Th. 550, 559, 561, Op. 54, Fr. 141: 2, Op. 731 πεπνυμένα εἰδώς, Fr. 189: 2 μήδεα ἴδμεν, Fr. 213: 2 φάρμακα οἶδεν. Minus probant hi hiatus: Op. 456 οὐδὲ τὸ οἶδ', ubi antecedit τὸ, cujus vocalis non eliditur, Th. 352 Κλυτίη τε Ἰδυῖα in cæsura trochaica tertia, Sc. 355 εὖ μάλα οἶσθα καὶ αὐτός in bucolica. Post litteram paragogicam legitur Th. 960 βουλῇσιν Ἰδυῖαν. In introitu versuum collocantur Th. 26, 27, 656 ἴδμεν, Op. 827 εἰδώς. Locorum, qui digamma respuunt, persuasum habeo eximendos esse tres, ubi in formula trita epica pro vetusta figura participii perf. activi fem. ἰδυῖα irrepsit recentior forma εἰδυῖα. Cnfr. Hartel III, 38, Knös, Dig. pag. 111, La Roche[1] pag. 286, Kühner-Blass II: pag. 98, Rzach, Dial. pag. 383. Cauer, Grundfragen pag. 56. Bis codices Hesiodei vetustiorem figuram tradunt:

[1] Homerische Untersuchungen, Leipzig 1869.

Th. 352 Ζευξώ τε Κλυτίη τε Ἰδυῖα τε Πασιθόη τε
Th. 960 γῆμε θεῶν βουλῇσιν Ἰδυῖαν καλλιπάρηον.
posteriore loco metro cogente. Ceteris autem locis εἰδυῖα occurrit Th. 264 ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖα, Th. 313 λυγρὰ εἰδυῖαν, Th. 887 πλεῖστα θεῶν εἰδυῖαν ἰδὲ θνητῶν ἀνθρώπων, Op. 521 οὔ πω ἔργ' εἰδυῖα, ubi sine ulla difficultate ἰδυῖα restitui potest excepto Th. 887. Quo in versu Schœmann post θεῶν inserit particulam τε, qua conjectura bene quidem fluit versus. Tamen vix credo, corrigendum esse hunc versum; nam et sejuncta sunt vocabula πλεῖστα et ἰδυῖα, ut formulæ vis frangatur, et alterum exemplum ejusdem varietatis quantitatis præbent Hesiodea, dico duplices formas participii ἀραρυῖα et ἀρηρυῖα, utramque metro confirmatam. Illam legimus Sc. 137 ἐπὶ κροτάφοις ἀραρυῖαν, hanc Th. 608 ἄκοιτιν ἀρηρυῖαν πραπίδεσσιν. Cnfr. Rzach. Dial. pag. 445. Addo quattuor alios locos, qui digamma aspernantur. Th. 370 οἳ δὲ ἕκαστοι ἴσασιν, οἳ ἂν περιναιετάωσιν, ubi Eustathium [1] secutus Lennep ἕκαστα ἴσασιν scribit. Non dubito, quin perperam introducta sit particula τ' Op. 824 ἄλλος ἀλλοίην αἰνεῖ, παῦροι δέ τ' ἴσασιν collato paulo supra Op. 814 Παῦροι δ' αὖτε ἴσασι. Textui nobis tradito acquiescendum est Op. 187 σχέτλιοι οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες, Fr. 197: 2 ὅς τις ἂν εἰδείη Ζηνὸς νόον αἰγιόχοιο.

Genus medium εἴδομαι bis occurrit: Th. 700 καῦμα δὲ θεσπέσιον κάτεχεν χάος· εἴσατο. Fr. 188: 5 ἐτήτυμος εἴδετο μέτρον. Uterque locus digamma respuit neque facile commutari posse videtur.

ἴδον, ἰδόμην. Digamma poscitur ad summovendos hiatus molestos quos repperi: a) post priorem pedis primi arsin Sc. 318 θαῦμα ἰδεῖν Op. 9 κλῦθι ἰδὼν ἀίων τε, qui hiatus fortasse argumento esse digammi nequit, quod non sæpe eliditur vocalis finalis terminationis imperativi -θι. Unum exemplum Hesiodeum exstat Op. 718. Locos Homericos enumerat La Roche [2] Op. 627 πάντα ἰδὼν b) post priorem pedis secundi arsin: Sc. 432 ἔπλη ἐσάντα ἰδών, Sc. 445 δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδοῦσα.

[1] Vide Rzachii adn. criticam.

[2] Homerische Untersuchungen pag. 118.

Liciti fortasse sunt existimandi hiatus, qui sunt post priorem pedis quinti arsin: Th. 575 θαῦμα ἰδέσθαι, quæ clausula recurrit Th. 581, Sc. 140, 224, Fr. 33: 4.

Minus probant hiatus, qui sunt in cæsura tertia trochaica Sc. 166 στίγματα δ' ὣς ἐπέφαντο ἰδεῖν, Op. 21 εἰς ἕτερον γάρ τίς τε ἰδὼν, ἔργοιο χατίζων, quo tamen in versu aliquantulum obscuratur cæsura trochaica tertia fortiore semiseptenaria insequente. Litteram paragogicam excipit hoc verbum Th. 451 ὀφθαλμοῖσιν ἴδοιτο. Th. 701 ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν Sc. 335 ὀφθαλμοῖσιν ἴδῃς, longam syllabam in consonam cadentem Th. 555 ὡς ἴδεν, Th. 569 ὡς ἴδ'. Neque quidquam dijudicat Fr. 179 ἰδὼν δ' ἱππηλάτα Κήυξ, partem solum versus continens. Obstant vero digammati loci quattuor: Th. 82 γεινόμενον τ' ἐσίδωσιν, Op. 610 Ἀρκτοῦρον δ' ἐσίδῃ ῥοδοδάκτυλος Ἠώς. Haud verisimile videtur, corruptelas inesse in composito verbo, quod existimant Paley. Flach, γεινόμενόν τε ἴδωσιν, Ἄρκτοῦρον δὲ ἴδῃ legentes. Cnfr. adn. crit. Rzachii. Nam multo melius in contextu quadrat ἐπίδωσι vel ἐσίδωσι. Op. 701 πάντα μαλ' ἀμφὶς ἰδὼν, ubi Rzachio teste ἀμφιδὼν conjecerunt Hyene et Buttman. Rzachio probatum. Sittl tamen rectius textum traditum servat, quem defendit B 384 ἅρματα ἄμφις ἰδὼν. Op. 738 ποσσὶ περᾶν πρίν γ' εὔξῃ ἰδὼν ἐσ καλὰ ῥέεθρα. Vix est cur afferam Flachii[1] mutationem ἰὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα, totam sententiam pervertentem.

εἶδος: Hiatus, qui digammi excusatione egeant, hoc vocabulum efficit in fine pedis quinti Th. 153 μεγάλῳ ἐπὶ εἴδει, Fr. 58: 3 ἀπειρέσιον διὰ εἶδος (κατὰ εἶδος codd). Aliud est indicium digammi quod producitur particula καὶ in arsi quarta Th. 259 ἐρατὴ καὶ εἶδος ἄμωμος. Sc. 5 εἴδει in introitu versus ponit. Ceteris autem locis digamma non accipitur. Th. 619 ἀγώμενος ἠδὲ καὶ εἶδος (ἀγαιόμενος ἰδὲ εἶδος, Flach. l. l. pag. 34). Th. 908 πολυήρατον εἶδος ἔχουσα, quam clausulam mutuatus est auctor Hymn. Hom. IV, 316. Op. 63 παρθενικῆς καλὸν εἶδος ἐπήρατον, Op. 714 σὲ δὲ μή τι νόον κατελεγχέτω εἶδος. E Fr. 154: 2 nihil sumere possumus, nam versus corruptus est. Scribit Rzach λειπεφίλην

[1] Dial. Dig. pag. 33.

ἡ δ' εἶδος, Flach Λ. ἡ εἶδος. Exempla quæ attuli ostendunt, memoriam digammi prope oblitteratam esse.

ἰδμοσύνῃ legitur Th. 377 litteram paragogicam verbi μετέπρεπεν excipiens.

ἴδρις: digammo apposito tollitur durissimus hiatus, qui est post finem pedis tertii Op. 778 ὅτε ἴδρις σωρὸν ἀμᾶται. Repugnat autem digammati Sc. 351 καὶ οἰζύος ἴδριές εἰμεν.

ἵστωρ: nihil probat hiatus, qui exstat in cæsura bucolica post firmam terminationem -ι Op. 792 πλέῳ ἤματι, ἵστωρα φῶτα.

(ϝ)έοικα, (ϝ)είκελος, (ϝ)ίκελος, (ϝ)είσκω: Knös, Dig. pag. 159 ss., Kühner-Blass I, pag. 91, Monro[2] pag. 365, v. Leeuwen I, pag. 174. Radicem horum vocabulorum a consona aliqua olim incepisse inter viros doctos jam diu constat, quænam autem fuisset hæc consona, variæ de ea re fuerunt opiniones. Nostris temporibus comprobatum est, spirantem labialem esse amissum. Exstat enim digamma in forma Cypr. ϝεικονα, Coll. 76. E radice ϝικ- derivatum est είσκω id est *ϝε-ϝικ-σκω; alteram fuisse formam ἐίσκω non digammatam sed prothetica vocali formatam, verisimile est. Cnfr. G. Meyer[3] pag. 165, 372, 589. In Homericis Hartel 143[ies] digammi vestigia invenit, 22[ies] autem consonam obsoletam esse censet.

Apud Hesiodum digamma postulari, pro certo affirmare non ausim. Nam hiatus qui sunt post priorem pedis quinti arsin Th. 295 οὐδὲ(ν) ἐοικός, Op. 62 εἰς ὦπα ἐίσκειν justam digammi statuendi causam esse non credo neque productionem brevis syllabæ in consonam exeuntis in semiternaria Sc. 244 ζωῇσιν ἴκελαι. Ceteri loci aut nihil comprobant, aut digammo obstant. Missos igitur facio eos hiatus, qui sunt post firmiorem vocalem -ι dativi singularis tertiæ decl. Sc. 215 ἀπορρίψοντι ἐοικώς, Sc. 228 ἐρρίγοντι ἐοικώς, Sc. 314 πλήθοντι ἐοικώς, Sc. 390 λαμπετόωντι ἔικτον, Fr. 226 ποταμῷ ῥείοντι ἐοικώς, omnes in pede quinto, Sc. 451 φλογὶ εἴκελα τ' ἔγχεα πάλλων in fine pedis tertii, productiones diphthongorum firmiorum

in thesibus, Th. 572 αἰδοίῃ ἴκελον (3 th.), Sc. 198 τῇ ἰκέλη (1 th.), Sc. 209 κλυζομένῳ ἴκελος (2 th.), Sc. 392 τῷ ἴκελος (1 th.), Op. 71 αἰδοίῃ ἴκελον (3 th.), Op. 535 τῷ ἴκελοι (1 th.), Fr. 154: 4 εὐειδέα ἰκέλην (3 th.). Antecedit ν- paragogicum Th. 594 ζώοισιν ἐοικότα, Th. 834 σκυλάκεσσιν ἐοικότα, longa syllaba in consonam exiens, Sc. 206 μελπομένῃς ἐικυῖαι, Sc. 211 νηχομένοις ἴκελοι Op. 304 κοθούροις εἴκελος. In introitu versus legimus εἴκελος Sc. 322.

Repugnant duo loci Sc. 345 τοὶ δ' ἄμυδις προγένοντ' ἴκελοι πυρὶ, ubi haud facile digamma restitueris (Flach proponit προσέην) Op. 235 τίκτουσιν δέ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα τοκεῦσι. Paley transpositione verborum digammo satisfacere studet, legens δέ γονεῦσιν ἐοικότα τέκνα γυναῖκες. Facile concedo sexcenties dativum ante participium collocari, sed non potest intelligi, quomodo turbatus sit verborum ordo, præsertim cum nullus hiatus post litteram paragogicam offendere posset. Defendit fortasse textum nostrum Oppiani Hal. I: 644 ss. φώκης τε βοώπιδος αὐτίκα παῖδες | ἐκ γενεῆς ἀνέχουσι ἐοικότες οἷσι τοκεῦσι, ubi nostri loci imitationem videt Rzach [1].

(ϝ)ιοειδής, (ϝ)ιόλαος, (ϝ)ιόλεια, (ϝ)ιάνθη. Knös, Dig. pag, 123 s., Kühner-Blass I, pag. 95, Monro² pag. 369, v. Leeuwen I, pag. 175. Digamma, quod in titulis scriptum exstat, apud Homerum metro nusquam requitur; ubique tamen (5^{ies}) adscribi potest.

Hesiodo quoque consonam initialem omnibus locis reddi potest; num autem certam digammi memoriam deprehendere possimus, dubitari licet. Producuntur enim breves syllabæ in consonas cadentes Sc 77 κρατερὸν Ἰόλαον, Sc. 102 ἀμώμητος Ἰόλαος, Sc. 323 κρατερὸς Ἰόλαος, Sc. 340 διόγνητος Ἰόλαος Sc. 467 κυδάλιμος Ἰόλαος, omnes in quinta thesi. Tenendum vero est, omnia hæc vocabula, quorum producuntur syllabæ finales, ea esse prosodia, ut aliter in hexametrum introduci nequeant. Aut enim exeunt in ternas syllabas breves, aut (διόγνητος, ἀμώμητος — conjunctæ litteræ -γν- quam exipiunt syllabam apud Hesio-

[1] Wiener-Studien, 16 (1894) pag. 234.

dum semper producunt)[1] mensura utuntur antispastica. Accedit quod Ἰόλαος a duobus brevibus incipit. Quum igitur vincula tanta imponat metrum, digammo vim aliquam producendi tribuere non licet. Cnfr. Th. 652. Producitur præterea brevis syllaba in consonam exiens, Th. 844 κάτεχεν ἰοειδέα πόντον, hiatus occurrit, Th. 349 Ἀδμήτη τε Ἰάνθη in cæsura tertia trochaica, servantur longæ quantitates in thesibus Th. 317 ἀρηιφίλῳ Ἰολάῳ, Sc. 74 κυδαλίμου Ἰολάου, Sc. 78, 118 ὦ Ἰόλαε, Fr. 154: 1 κλειτοῦ Ἰολάου. Antecedit longa syllaba in consonam exiens Th. 3 κρήνην ἰοειδέα, Fr. 135: 5 ξανθὴν Ἰόλειαν.

(ϝ)ἶσος, ἰσόω, ἰσοφαρίζω: Knös, Dig. pag. 129 ss., Kühner-Blass I, pag. 96, Monro[2] pag. 369, v. Leeuwen I, pag. 175. Superest digamma in titulis et vim suam ostendit in Homericis, ubi consona 53ies poscitur aut admittitur, 14ies negligitur. Hartel III, pag. 70.

Nusquam in Hesiodeis digamma necessarium est. Nam hiatus, qui sunt Th. 126 ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ, Th. 524 ἀέξετο ἶσον ἁπάντῃ, Op. 352 κέρδεα, ἶσ' ἀάτῃσι cæsura bucolica excusari possunt. Neque ad digamma confugiendum est, quod firma diphthongus ῳ in semiquinaria producitur, Op. 107 κασιγνήτῳ ἶσον. Tum in fronte versus reperimus ἶσον Th. 721, 895, Op. 327, ἰσοῦσθαι Op. 562, post longam syllabam in consonam cadentem Th. 638 οὐδετέροις, ἶσον, Sc. 263 θρασείας ἰσώσαντο. Omne vero digammi vestigium evanuit locis tribus: Op. 490 πρωτηρότῃ ἰσοφαρίζοι, ubi Rzachio teste conjecit Capellius ἀντιφαρίζοι; defenditur tamen codicum scriptura tribus locis Homericis, qui consonam initialem respuunt Z 101, Φ 194, 411. Th. 533 sive legimus cum codd. et Sittlio τρίποδι βροτῷ ἶσοι, sive cum Hermanno, Rzachio aliis τρίποδι βροτοὶ ἶσοι. Op. 752 δυωδεκάμηνον· ἶσον Fr. 189: 2 ὤφελλες δοῦναι καὶ ἶσα φρεσὶ nihil ad rem dijudicandam affert, quod versus in codicibus mancus est.

ϝοῖκος, οἰκέω, οἰκίον, οἰκήιος: Knös, Dig. pag. 133 ss. Kühner-Blass I, pag. 96, Monro[2] pag. 370, v. Leeuwen

[1] cnfr. Paulson, Studia pag. 57.

1, pag. 176. Tituli passim hanc radicem digammo instruunt et carmina Homerica aperta produnt vestigia. Locis 171 digamma investigavit HARTEL III pag. 70, 29 autem locis nec volam nec vestigium consonæ repperit.

Neque Hesiodea digammi vestigiis carent:

οἶκος: excusationem spirantis labialis postulant productio particulæ καὶ in arsi tertia Op. 576 καὶ οἴκαδε, hiatus qui sunt post pedem tertium Op. 632 ἅρμενον ἐντύνασθ', ἵνα οἴκαδε. Sic enim legendus versus, ut proposuit HEINRICH, in textum introduxit SITTL. Quum enim de elisione agitur, codicum auctoritas nulla est. (Si quis dubitaverit, num diphthongum -αι in cæsura semiquinaria interpunctione aucta elidere liceat, conferat Sc. 218 θαῦμα μέγα φράσσασθ', ἐπεὶ οὐδαμῇ ἐστήρικτο, ubi forma plena codicum nonnullorum metro obstat. Cnfr. præterea PAULSON, Studia pag. 154, qui docet, elisionem diphthongi -αι magis frequentari in Operibus quam in Scuto et Theogonia. Hæc enim numquam diphthongum -αι elidit, Scutum semel, Opera septies) in fine pedis quarti, antecedente cæsura semiseptenaria Op. 695 γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι, in fine pedis quinti, Op. 131 ᾧ ἐνὶ οἴκῳ, Op. 150 χάλκεοι δέ τε οἶκοι, Op. 244 μινύθουσι δὲ οἶκοι, Op. 325 μινύθουσι δὲ οἶκον, Op. 432 πονησάμενος κατὰ οἶκον, Op. 523 καταλέξεται ἔνδοθι οἴκου, quam clausulam præterea legimus Op. 601, 733 [1]. Op. 627 ἐνικάτθεο οἴκῳ. Missum facio quod producitur brevis syllaba in cæsura semiseptenaria Op. 673 πάλιν οἰκόνδε νέεσθαι, diphthongus -ῳ in secunda thesi Op. 525 ἀπύρῳ οἴκῳ. Fortasse Op. 364, 407 ἐν οἴκῳ legendum est agnoscendæque sunt productiones brevis syllabæ in thesi secunda, ut contendit SCHULZE, Q. E. pag. 216 ss. Ostendit enim Wachernagelium secutus apud vetustiores poetas epicos figuram ειν ante

---

[1] Vaccillant codices tribus his locis inter id quod scripsi et ἔνδοθεν οἴκου, quod unus quoque e papyris præbet v. 733. Ambiguitas inde orta est, quod duo suffixa, -θεν et -θι, eodem siglo significantur in codicibus. Exemplum subjungo hoc: Op 96 αὐτόθ (cod. M. RZACH) significat αὐτόθι, Op. 289 προπάροιθ idem valet atque προπάροιθεν. Cnfr. RZACH, Symbolæ Pragenses pag. 185.

vocales semper ita usurpari, ut duæ breves syllabæ insequantur. Post longam syllabam in consonam exeuntem vox nostra ponitur Op. 428, 800 εἰς οἶκον, Op. 395 ἀλλοτρίους οἴκους, Op. 554 τελέσας οἰκόνδε. Ordiuntur ab hoc vocabulo Op. 23, 365, 405, Fr. 155: 3. Digammati autem refragantur hi versus: Op. 376 μουνογενὴς δὲ πάϊς εἴη πατρώιον οἶκον, Op. 611 ἀποδρέπεν οἴκαδε βότρυς, Fr. 193: 1 ἄγγελος ἦλθε δι' οἴκου. Priorem operum versum sanatum vult Paley ordine verborum mutato δὲ πάϊς οἶκον πατρώιον εἴη, cnfr. adn. crit. Rzachii. Op. 611 nonnulli codices non optimi ἀπόδρεπε scriptum habent. Rzachius autem omnibus viribus tueri studet ἀποδρέπεν, infinitivum sermonis Hesiodei proprium hoc uno loco servatum ratus. Neque negari potest, infinitivum imperativi loco usitatum melius ad infinitivos, qui sequuntur, quadrare. Cnfr. Rzach, l. l. pag. 175.

οἰκέω: Incipit ab ᾤκεε Fr. 98: 1, Respuitur digamma Th. 330 ἔνθ' ἄῤ ὅ γ' οἰκείων (Paley ἔνθ' ὅ γε οἰκείων).

οἰκήιος: Producitur ante hoc vocabulum brevis syllaba in semiseptenaria Op. 457 ἐχέμεν οἰκήια θέσθαι.

οἰκίον: Nusquam digamma requiritur. Excipit longam syllabam in consonam desinentem Th. 744 ἐρεβεννῆς οἰκία δεινὰ, Th. 758 ἐρεμνῆς οἰκί' ἔχουσιν, Fr. 231 ἀπήνας οἰκί' ἐχόντων. Respuitur consona initialis, Th. 64 Ἵμερος οἰκί' ἔχουσιν, quem versum conjectura haud facile sanaveris.

( )οἶνος, οἰνοχόη cet. Knös, Dig. pag. 137 ss., Kühner-Blass I, pag. 96, Monro² pag. 370, v. Leeuwen I, pag. 177. Servatum est digamma in nonnullis titulorum figuris, et apud Homerum digammi vestigia locis 124 exstare, neglectam autem locis 24 esse consonam spirantem, monet Hartel III, pag. 70 s.

Digamma apud Hesiodum quoque aliquid valuisse concludimus ex producta particula καὶ in arsi quarta, Op. 585 αἶγες καὶ οἶνος ἄριστος, ex hiatibus, qui sunt in fine pedis quarti antecedende cæsura semiseptenaria, Op. 622 ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ, in fine pedis quinti, Op. 724 αἴθοπα οἶνον, Op. 572 οὐκέτι οἰνέων. Non multum probat Op. 570

φθάμενος οἴνας, ubi producitur syllaba finalis vocis tribrachicæ in thesi secunda, neque quidquam dijudicant Fr. 157: 2 πίνει οἶνος, ubi -ει producitur in firmissima cæsura semiquinaria, Sc. 292 ἐτρύγων οἴνας, Op. 674 μένειν οἶνον, Op. 817 εἰς οἴνοπα πόντον, ubi antecedunt longæ syllabæ in consonam exeuntes. Quattuor autem loci digamma non ferunt: Op. 589 βίβλινος οἶνος, Op. 592 πινέμεν οἶνον, Op. 596 ἱέμεν οἴνου, Op. 744 Μηδέ ποτ' οἰνοχόην. Neque levi manu mutari possunt, ut digamma capiant.

III.

De vocabulis Hesiodeis, quæ utrum a digammo primitus inceperint necne dubium est.

ἀκτή, litus, ripa. Knös, Dig. pag. 51, hanc vocem dubitanter e radice ϝαγ- derivat. Verisimilior autem videtur altera declarationis via, qua cum adjectivo ἄκρος cohærerere existimatur. Neque enim apud Homerum digammi vestigia inveniuntur, neque apud Hesiodum consona fertur. Legitur Th. 848 δῦε δ' ἄρ ἀμφ' ἀκτάς, Sc. 213 αὐτὰρ ἐπ' ἀκταῖς.

ἀκτή, Cereris munus, cujus vocis origo dubia est. Cnfr. Prellwitz pag. 12. Apud Hesiodum in duobus formulis legitur, quarum neutra consonam initialem admittit. Loci sunt hi: Sc. 290, Op. 32 Δημήτερος ἀκτὴν, Op. 466, 597, 805 Δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν.

ἀλετρεύω, ἀλωή: Has voces Knös, Dig. pag. 70, radici ϝελ- subjungit, Prellwitz autem illud ducit ex radice melo-, molere; ἀλέω ex *m̥léi̯ō ortum esse putat, unde derivatur verbum ἀλετρεύω. Vocabuli ἀλωή autem α-prothetica natura esse docet. Non magis apud Hesiodum quam apud Homerum digamma admittitur. Fr. 228

ἀλετρεύουσι in versu manco. Op. 599. 806 ἐυτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ, Sc. 291 καὶ ἔπιτνον ἀλωήν.

ἀρύω vocabulo digamma tribuit PALEY propter hiatum, qui est post priorem pedis primi arsin Op. 550 ὅς τε ἀρυσσάμενος. Quam sententiam amplexus SCHULZE Q. E. pag. 311 adn. 4 verbum ἀρύω juxtapositione natum esse e ϝαρ, aqua, cnfr. lat. urina et υ(σ)ω. Unde origo verbi ducenda sit, affirmare non possum. Altero loco Hesiodeo ϝ respuitur Sc. 301 τοὶ δ' ἤρυον. Homerus vocem non usurpat.

εἰροπόκος, ἔριφος. KNÖS, Dig. pag. 98 hæc vocabula in serie digammatorum collocat. PRELLWITZ autem ἔριφος conjungit cum umbr. eri- etu, lat. ari- es. Utrumque consonam initialem respuit; εἰροπόκος legimus Op. 234 in fronte versus, Th. 446 ποίμνας τ' εἰροπόκων; ante ἔριφος elisio est facta Op. 543, 592, 786.

ἔρκος, ὅρκος: KNÖS, Dig. pag. 97 utrumque vocabulum ad radicem ϝεργ- (arcere) pertinere, verisimile existimat. Quum autem neque in Homericis vestigium digammi appareat (nihil enim efficiunt E 90, ξ 171) neque in titulis, qui ceteroquin digamma exarant, SOLMSEN [1] aliam etymologiam adumbravit, consonam initialem σ- fuisse contendens. Conferre jubet ἔρκος cum isl. serkr. Ne evolutio significationis admirationem moveat, ad comparationem alterum profert par substantivorum, quæ ab una radice orta eadem vocalium variatione formata sunt: νέμος lat. nemus et νόμος (mos, lex.). ἔρκος occurrit Th. 725 τὸν πέρι χάλκεον ἔρκος; ὅρκος in introitu versuum ponitur Th. 231. Op. 84. Abnuunt, ut par est, consonam initialem Th. 400, 784, 805, Op. 194, 219, Fr. 4: 1.

ἐρύομαι, tueor, custodio, quod a verbo ἐρύω, traho, eripio, sejungendum esse monuerunt KNÖS, Dig. pag. 197, SCHULZE Q. E. pag. 325 ss., PRELLWITZ pag. 103 conjungit cum lat. vereor, got. varjan, unde effici videtur, anti-

[1] KUHNS Zeitschrift, vol. 32 pag. 274 s.

quitus vocem a digammo incepisse. Quum autem prope nulla vestigia digammi in Homericis insint, magis mihi arridet eorum sententia, qui lat. servare in comparationem vocant.

Apud Hesiodum ἔρυμα excipit productam diphthongum -αι in semiquinaria Op. 526 καὶ τότε ἕσσασθαι ἔρυμα. Non ferunt digamma Th. 304 ἡ δ' ἔρυτ', Sc. 415 οὐδ' ἔρρηξεν χαλκὸς ἔρυτο.

ἐτώσιος, Knös, Dig. pag. 186. Prellwitz pag. 106 adjectivum nostrum ad adverbium ἐτός refert (ἐτός ortum ex radice pronominali σϝε- addito suffixo ablativi -τος) ex quo derivat verbum *ἐτόω, irritum reddere, unde adjectivum ἐτώσιος. Si hæc etymologia vera est, digamma adjectivum quondum habuit. Carmina tamen Homerica nulla certa indicia præbent, neque plus ex Hesiodeis efficitur. Nam hiatus, quem invenimus Th. 182 τὰ μὲν οὔ τι ἐτώσια ἔκφυγε χειρός, excusatur firma natura vocalis antecedentis. Digamma respuitur Op. 402 σὺ δ' ἐτώσια, Op. 411 οὐ γὰρ ἐτωσιοεργὸς, Op. 440 τὸ δὲ ἔργον ἐτώσιον.

Ἰλεύς, cujus accusativum in initio versus ponit Fr. 142: 1, Curtius pag. 574 a digammo incepisse contendit; neque aliter Flach, Dial. dig pag. 76, cujus verba sunt: »Hesiod hat die ältere Form ϝιλεύς, das augenscheinlich dort mit ἵλεως zusammengestellt wird (ein Beweis, das der Dichter auch in ϝίλεως Digamma sprach) und von den Alten nur aus Unkenntniss als Ἰλεύς citirt wird.» Hodie Flachii armis contra ipsum uti possumus. Quum enim constet, ἵλεως digamma numquam habuisse,[1] verisimile fit conditorem fragmenti in nomine spirantem initialem non pronuntiavisse.

ἰωή: Knös, Dig. pag. 191, Curtii vestigia premens radicem vē- (ἄημι) huic voci subesse existimat itemque Prellwitz pag. 133, formam primariam *ϝι-ϝω-σά seu ϝι-ϝω-ιά fuisse conjiciens. Aliam viam ingressus est

[1] G. Meyer[3] pag. 348, Prellwitz pag. 129.

Sittl. In adnotatione Th. 682 subjecta scribit: ἰωή: λέξις ὀνοματοποιητικὴ ἀπὸ τοῦ ἀποφωνήματος ἰώ. Utram originis interpretationem veriorem esse existimemus, haud facile dijudicatur. Verisimilior fit Sittlii etymologia ea re, quod apud Homerum consona initialis non requiritur, apud Hesiodum respuitur. Si cui autem altera ratio magis arridet, conjicere possumus, etymologiam quandam popularem vocem cum interjectione ἰώ conjunxisse, qua via digamma in voce solitaria facilius labefactaretur. Semel apud Hesiodum legitur Th. 682 ποδῶν αἰπεῖα τ' ἰωή. Refutanda est Hermanni conjectura ποδῶν τ' αἰπεῖα ἰωή, quæ contortiorem reddit interpretationem et incerta de digammo opinione nititur.

Ἑλίκη, Ἑλικῶν sim. Knös, Dig. pag. 196 his vocabulis digamma abjudicat, ἑλίκη et lat. salix comparanda afferens. Nusquam enim apud Homerum consona initialis poscitur. In Hesiodeis tres loci nihil dijudicant. Th. 7 ἀκροτάτῳ Ἑλικῶνι, ubi producitur firma diphthongus -ῳ in thesi secunda, Th. 1 Μουσάων Ἑλικωνιάδων, Op. 658 μούσης Ἑλικωνιάδεσσ'. Ceteri loci contrarii sunt. Th. 2, 23, Op. 639, Sc. 381, 475.

Ἰάνειρα, nomen incertæ originis legitur Th. 356 Περσηίς τ' Ἰάνειρα post vocalem elisam. Cnfr. Knös, Dig. pag. 189.

ἴφθιμος: Nullum digammi vestigium apud Homerum apparet, quæ res obstat, quominus cum radice ϝι(-ς) adjectivum conjungatur. Alias etymologias protulerunt Collitz,[1] qui de sanscrito ksi- posidere, regere, cogitans vocali-ι prothetica adjectivum uti contendit, Prellwitz pag. 132, qui credit subesse nostro vocabulo radicem eandem, unde derivatum est φθάνω. Apud Hesiodum versus incipiunt ab hac voce Th. 455, 768, 774, 987, Fr. 58: 3 Digamma respuunt Th. 698, Sc. 136, Op. 704.

[1] Bezzenbergers Beiträge, vol. 18, pag. 226 ss.

IV.

De vocibus, quæ primitus digammo instructæ in Hesiodeis nulla consonæ initialis vestigia exhibent.

Leo Meyer [1] ostendit apud Homerum infirmissima exstare digammi vestigia in iis vocibus, ubi excipitur digamma initiale vocali -ο vel -ω. Adeo mature igitur mortua est consona labialis in ejusmodi sonorum conjunctione, ut poëtæ, qui carmina Homerica scripserunt, eam vix sentirent. Eadem lege non solum dialectum epicam sed etiam dialectus Cretenses et Cyprias teneri, Solmsen [2] probare conatur. Hac quoque in re Hesiodus carminum Homericorum exemplum amplectitur. Ex Hesiodeis hæ voces afferendæ sunt:

ὄλμος (rad. ϝελϲ-) Op. 423 in initio versus.

ὁράω: Knös, Dig. pag. 141 s., Monro[2] pag. 372. Apud Hesiodum legitur post litteram paragogicam Fr. 5: 2. Respuunt autem consonam initialem Th. 85, Sc. 246, Op. 534.

ὀρθός: Prellwitz pag. 228 duas distinguit formas, non ab eadem radice ortas, quarum altera digammo caret, altera consonam initialem habuit. Aliter G. Meyer[3] pag. 38. Hesiodei loci sunt hi: Th. 293, 310, 327, Sc. 390, ubi in initio versuum occurrit. Obstant consonæ initiali Op. 290, 540, 566, 727.

οὔρανος, Οὐρανίδης cet. Knös, Dig. pag. 143 s. Monro[2] pag. 373, G. Meyer[3] pag. 136. In introitu versuum leguntur Th. 127, 133, 159, 486, 502, 723, 761, Op. 610, Fr. 211: 1, post longam syllabam in consonam exeuntem Th. 461, 919. Non ferunt consonam initialem: Th. 45, 71, 78, 106, 110, 147, 154, 176, 208, 350, 373, 382, 414, 421, 427, 463, 470, 517, 644, 679, 685, 689, 702, 720, 737, 746, 761, 779, 808, 820, 840, 847, 891, 929.

---

[1] Kuhns Zeitschrift vol. 23 pag. 49 ss.

[2] Kuhns Zeitschrift vol. 32 pag. 273 ss. Contra quem cnfr. J. Schmidt, Kuhns Zeitschrift vol. 33 pag. 455 ss.

ὄρος, οὖρος, mons, MONRO[2] pag. 372. PRELLWITZ pag. 229, qui lat. verruca in comparationem vocat. G. MEYER[2] pag. 136. Nihil dijudicant Th. 2, 835, 860, 865, Sc. 374, 386, Op. 510, Fr. 44: 1. Consona initialis respuitur Th. 129, 130, 484, 1001, Op. 232, 428, Fr. 13.

ὀφείλω: Exstat in titulo Arcadico[1] forma ϝοφλεκόσι. Nullum autem digammi vestigium apud Hesiodum relictum. Legitur Fr. 189: 2, Op. 174.

ὠνέομαι, KNÖS, Digammo pag. 146. MONRO[2] pag. 373. PRELLWITZ, pag. 370 conferri jubet lat. ven-do. Nihil dijudicat Op. 341.

ὄψ, ὄσσα cnfr. quæ antea pag. 27 dixi.

Addendæ sunt aliquæ voces, quæ, quamquam ab ϝο-, ϝω- non inceperunt primitus, apud Hesiodum nullam digammi memoriam ostendunt.

ἑλεῖν: KNÖS, Dig. pag. 171 s. in dubio relinquit, quænam consona initialis radici huic accesserit. SOLMSEN[2] autem contendit a digammo incepisse radicem. Apud Homerum tamen longe plurimis locis digamma respuitur, quod SOLMSEN l. l. ita declaratum vult, ut αἱρεῖν verbum, quod numquam digammo instructum fuisset, efficeret, ut ἑλεῖν quoque, quod ejusdem paradigmatis esset, digamma amitteret.

Apud Hesiodum nihil dijudicant Sc. 137, 337, Op. 287. Ceteri loci consonam initialem abnuunt: Th. 167, 325, 487, 549, 853, Sc. 139, 149, 302, 457, Op. 321, 359, 366, 618, Fr. 117: 6.

εἰλίποους, εἰλυφάζω, ἔλυμα, ἴλαδον, quæ omnia vocabula radici ϝελ- subjungxi pag. 16.

ἔρδω, cnfr. pag. 17. Apud Homerum duo certa sunt exempla digammi excusatione egentia.

ἱδρώς, ἶδος, ἰδάλιμος: KNÖS, Dig. pag. 222, V. LEEUWEN I, pag. 174, MONRO[2] pag. 374. Cognatæ linguæ affirmant, radicem olim ab σϝ- incepisse. Apud Homerum tamen

---

[1] Bulletin de correspondance Hellenique, vol. 16, pag. 570.

[2] KUHNS Zeitschrift, vol. 32 pag. 279 ss. Adversatur Strachan, Classical Revue, vol. 6, pag. 257 s.

nulla certa indicia sunt digammi, 15 utem loci contrarii sunt. Neque magis ex Hesiodeis ad digamma statuendum sumi potest. Nihil dijudicant Sc. 379, Op. 289. Consonam initialem respuit Op. 415.

ἴρηξ, accipiter: Knös, Dig. pag. 124. Glossa Hesychiana βείρακες significare videtur, consonam labialem spirantem huic voci olim adhæsisse. Loci autem Homerici digamma aspernantur, itemque Op. 203 ὧδ' ἴρηξ.

ἱστίη (ἑστίη) Knös, Dig. 130 s., Monro² pag. 374. Semel in titulis occurrit digamma Coll. 1203 ϝιστίαυ. Apud Homerum semper hæc vox versus aperit neque aliter apud Hesiodum Th. 454, Op. 734.

V.

Conclusio.

Locos, quos antea collegi, tabula sequenti in unum contuli, ut facilius emergeret, quantum valeret apud Hesiodum consona illa labialis. In exemplis collocandis quam maxime secutus sum textum, codicibus nobis traditum, ut e. g. ἔργ' εἰδυῖα sim. ei columnæ subjeci, qua continentur loci, qui digamma non ferunt. Vocabula ὄψ, ὄσσα digammi memoriam servavisse, persuadere mihi non potui, quam ob rem eorum in hac tabula rationem non magis habui, quam ceterarum vocum a sonis ϝο-, ϝω- quondam incipientium, quarum digamma jam ante Homeri tempora maxima ex parte evanuisse constat. Radicem autem ϝελ- et verbum ἔρδω non seclusi, quamquam veri simillimum videtur, eorum consonæ initialis nec volam nec vestigium superesse, ne confunderem comparationem, quam cum Homericis postea instituam. Eadem causa adductus in columna, qua inveniuntur loci, qui nihil de digammo dijudicant, ea tantum exempla collocavi, ubi vox, cujus de digammo quæritur, versus aperit vel excipit longam syllabam in consonam exeuntem vel figuras littera paragogica instructas.

Altera tabula eos locos disposui, qui digammi memoriam retinuisse videntur. Necessarium erat generatim eos disjungere, ut magis eluceret, quot magis quot minus certa digammi vestigia exstarent.

Radix quae est,	digammi vestigium servat. in Theogonia.	in Scuto.	in Operibus.	in Fragm.	de digammo nihil dijudicat in Theogonia.	in Scuto.	in Operibus.	in Fragm.	digamma respuit in Theogonia.	in Scuto.	in Operibus	in Fragm.	apud Hesiodum legitur.
ϝαγ-	—	—	2	—	—	2	—	—	—	—	—	—	4
σϝαδ-	3	—	—	—	2	—	—	1	—	—	—	—	6
ϝἀνακ-	9	4	1	2	5	2	—	2	2	—	—	1	28
ϝαρ-	—	—	—	—	1	2	—	—	—	—	—	—	3
ϝαχ-	1	5	1	—	—	1	—	—	4	4	—	—	16
σϝε	32	15	4	9	7	3	4	1	—	2	3	2	82
ϝεαρ	—	—	1	—	1	—	4	—	—	—	2	—	8
ϝεκασ-	2	2	—	—	—	—	—	—	2	1	—	1	8
ϝεκαστο- . . .	5	2	—	—	—	—	—	—	1	—	1	1	10
ϝεκων	—	—	1	—	—	—	1	—	1	—	—	—	3
ϝελπ-	—	—	3	—	—	—	1	1	—	—	1	—	6
ϝελ-	2	—	1	1	4	1	1	—	3	1	3	1	18
σϝεξ-	—	—	2	—	—	—	1	1	—	—	1	—	5
ϝεπ-	2	3	6	—	3	2	—	1	2	1	2	—	22
ϝερ-	—	1	1	—	2	—	3	—	—	—	—	—	7
ϝεργ-	11	7	20	1	4	—	15	3	5	—	23	—	89
ϝεργ- (urgere) .	—	—	—	—	1	—	3	—	—	—	—	—	4
ϝερυ-	—	1	1	—	—	1	1	—	—	—	—	1	5
ϝεσ-	1	—	4	—	—	1	—	—	—	—	1	—	7
ϝεσπερ-	—	—	1	—	—	1	—	—	2	—	—	1	5
ϝετ-	—	—	1	—	—	—	2	—	1	—	—	—	4
σϝηθ-	1	—	3	—	—	1	—	—	—	—	4	—	9
ϝι-	1	1	1	1	3	1	1	1	1	—	—	1	12
ϝι-(εμαι)	2	1	—	—	1	2	—	1	2	—	—	—	9
ϝιδ-	10	7	10	5	9	2	1	2	8	1	8	2	65
ϝικ-	2	8	3	2	2	4	1	—	—	1	1	—	24
ϝιο-	3	8	—	1	1	—	—	1	—	—	—	—	14
ϝισο-	2	—	2	—	3	—	3	1	—	—	3	—	14
ϝοικ-	—	—	16	—	2	—	9	3	2	—	2	1	35
ϝοιν-	—	—	5	1	—	1	2	—	—	—	4	—	13
Locorum summa	**89**	**65**	**90**	**23**	**51**	**27**	**53**	**19**	**36**	**11**	**59**	**12**	**535**

Ante radicem quæ est,	producitur brevis syllaba finalis in arsibus				producitur brevis syllaba finalis in thesibus				producitur longa quantitas in arsibus				producitur longa quantitas in thesibus				non eliditur brevis vocalis			
	in Theogonia.	in Scuto.	in Operibus.	in Fragm.	in Theogonia.	in Scuto.	in Operibus.	in Fragm.	in Theogonia.	in Scuto.	in Operibus.	in Fragm.	in Theogonia.	in Scuto.	in Operibus.	in Fragm.	in Theogonia.	in Scuto.	in Operibus.	in Fragm.
ϝαγ-	—	—	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—
σϝαδ-	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	3	—	—	—
ϝανακ	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	9	4	1	2
ϝαχ	—	—	—	—	—	2	—	—	—	—	1	—	1	—	—	—	—	3	—	—
σϝε-	1	2	—	—	4	3	—	—	1	—	—	—	4	—	—	2	21	11	4	7
ϝεαρ- . . .	—	—	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
ϝεκας-	—	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	—	2	1	—	—	—	—	—	—
ϝεκαστο- . . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	5	2	—	—
ϝεκων-	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—
ϝελπ-	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	3	—
ϝελ-	—	—	—	—	1	—	1	—	—	—	—	—	—	—	—	1	1	—	—	—
σϝεξ-	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2	—	—	—	—	—
ϝεπ-	—	—	—	—	—	1	3	—	1	—	—	—	1	—	2	—	—	2	1	—
ϝερ-	—	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—
ϝεργ-	—	—	—	—	—	—	2	—	—	—	3	—	—	1	2	—	11	6	13	1
ϝερυ-	—	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—
ϝεσ-	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	4	—
ϝεσπερο- . . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—
ϝετ-	—	—	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
σϝηθ-	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	3	—	—	—	—	—	—	—	—	—
ϝι-	—	—	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	1	—	1
ϝι-(εμαι) . . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2	1	—	—
ϝιδ-	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	—	—	9	7	10	5
ϝικ-	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	3	2	1	1	5	1	1
ϝιο	—	—	—	—	1	5	—	—	—	—	—	—	1	3	—	1	1	—	—	—
ϝισο-	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	2	—	1	—
ϝοικ-	—	—	—	—	—	—	2	—	—	—	1	—	—	—	1	—	—	—	12	—
ϝοιν	—	—	—	—	—	—	1	—	—	—	1		—	—	—	1	—	—	3	—
Locor. summa	**1**	**2**	—	—	**6**	**14**	**13**	—	**4**	—	**9**	—	**11**	**8**	**12**	**6**	**66**	**42**	**56**	**17**

Priore tabula edocemur, Hesiodea centies decies octies consonam initialem respuere. Ii autem loci ita sunt comparati:

Ante voces digammate olim instructas:

a) corripitur longa quantitas 21ies (Theogenia 5 exhibet exempla, Scutum nullum, Opera 13, Fragmenta 3)[1]

b) eliditur brevis vocalis 58ies (Theogenia 20ies, Scutum 8ies, Opera 24ies, Fragmenta 6ies)[2]

c) corripitur brevis syllaba finalis in consonam exiens 39ies (Theogoniæ 9 sunt exempla, Scuti 4, Operum 23, Fragmentorum 3)[3].

Exemplorum eorum, qui nihil dijudicant, quorum summa est centum quinquaginta, duodetriginta littera paragogica addita hiatus evitant. Sunt, autem hæc: Th. 279, 451, 491, 506, 594, 701, 834, 837, 850, 914, 917, 928, 960, 1016, Sc. 11, 226, 244, 279, 328, 355, 348, 457, Op. 47, 75, 202, 282, 381, Fr. 142: 1.

Transeamus jam ad tabulam alteram:

Exempla, quæ brevem syllabam finalem in consonam exeuntem producunt in arsibus, sunt tres: Th. 892, Sc. 11, 20.

In thesibus autem ejusmodi syllabæ non minus 30 procuntur, quarum

in prima	thesi	2
» secunda	»	9
» tertia	»	5

[1] Th. 94, 370, 533, 619, 767, Op. 119, 273, 285, 393, 409, 412, 438, 490, 579, 710, 714, 738, 795, Fr. 251, 156: 2, 156: 6.

[2] Th. 64, 69, 84, 146, 264, 275, 290, 313, 330, 441, 486, 543, 645, 708, 803, 823, 835, 887, 903, 983, Sc. 40, 169, 217, 251, 345, 382, 404, 436, Op. 28, 35, 136, 137, 306, 309, 326, 336, 362, 382 (bis), 454, 492, 521, 556, 564, 578, 623, 678, 699, 744, 760, 801, 824, Fr. 135: 4, 152: 2, 182: 1, 193: 1, 193: 2, 230.

[3] Th. 82, 232, 440, 459, 518, 595, 601, 700, 908, Sc. 15, 275, 351, 393. Op. 63, 67, 78, 131, 186, 187, 235, 327, 376, 430, 436, 453, 494 524, 526, 589, 592, 596, 610, 611, 701, 708, 752, Fr. 8: 2, 188: 5, 197: 2

in quarta thesi 7
» quinta » . . . . 7 [1]

quibus addas tres locos (Th. 819, Sc. 59, 451) qui vocalem brevem finalem in thesi ponunt.

E tertia columna videmus, tredecim versus producere longam quantitatam in arsibus, quorum:
in prima arsi 2, (Th. 900, Op. 521)
» secunda » 2, (Th. 115, Op. 382)
» tertia » 2, (Th. 526, 576)
» quarta » 7, (Th. 66, 259, Op. 167, 222, 382, 582, 585)
Qui versus, tribus (Th. 900, Op. 382, 521) exceptis, omnes voculam καὶ producunt.

Multo autem sæpius longarum quantitatum productiones in thesibus nobis sunt obviæ. Occurrunt enim:

in prima thesi 8
» secunda » 8
» tertia » 16
» quarta » 1
» quinta » . . . . 4. [2]

Quorum locorum quattuor (Th. 475, 523, Fr. 5: 1, 142: 2) particulam καὶ in thesi collocant.

Postremo conspectum addo hiatuum, quibus digammi excusationem concedere possumus. Inveni igitur id genus hiatus [3].

---

[1] in thesi *prima:* Op. 173, 443; in *secunda:* Th. 56, 520, Sc. 69, 244, 441, Op. 554, 570, 710, 721; in *tertia:* Th. 479, Sc. 100, 117, 330, 453; in *quarta:* Th. 307, 844, Sc. 369, Op. 457, 477, 541, 673; in *quinta:* Sc. 77, 102, 125, 323, 340, 467, Op. 795.

[2] in thesi *prima:* Th. 475, 503, 523, Sc. 198, 392, Op. 535, Fr. 5: 1, 142: 2: in *secunda:* Th. 42, 418, 574, Sc. 78, 118, 209, Op. 397, 525: in *tertia:* Th. 97, 411, 572, Sc. 58, 244, Op. 71, 370, 403, 613, 624, 641, 707, 785, Fr. 65: 2, 154: 4, 157: 2: in *quarta:* Op. 295: in *quinta:* Th. 90, 317, Sc. 74, Fr. 154: 1.

[3] a) Th. 332, 370, 420, 509, 907, 949, Sc. 68, 318, Op. 9, 267, 710.
b) Th. 301, 303, 332, 464, 576, 578, 784, 961, Sc. 23, 54, Op. 73, 76, 77, 125, 223, 255, 536, Fr. 38: 1.
c) Th. 493, 843, Sc. 179, 330, 354, 359, 411, 432, 445, Op. 40, 534, 814, Fr. 5: 3, 154: 3, 214: 2.

	In Theogonia.	In Scuto.	In Operabus.	In Fragmentis.	In Hesiodeis.
a) post primum trochæum	6	2	3	—	11
b) » » dactylum	8	2	7	1	18
c) » secundum trochæum . . .	2	7	3	3	15
d) » » dactylum	4	7	3	—	14
e) » tertium trochæum	6	1	1	—	8
f) » » dactylum	—	2	4	1	7
g) » quartum trochæum	6	3	—	2	11
h) » » dactylum	9	2	10	1	22
i) » qvintum trochæum	14	10	5	5	34
k) » » dactylum	11	6	20	4	41
Hiatuum summa	**66**	**42**	**56**	**17**	**181**

Ostendunt numeri, quamvis sint exigui, clausulas versuum adamasse hos hiatus. Neque latet causa: formulæ enim epicæ, quarum vincula sæpissime ejusmodi hiatus ab interitu defendunt, plerumque posteriorem hexametri partem occupant.

Quid igitur de digammo Hesiodeo est judicandum? Utrum censeamus, pronuntiatum esse sonum a poëta, utpote qui Ascræus in vernacula lingua spirantem labialem servatam haberet, an potius credendum, consuetu-

---

d) Th. 392, 836, 940, 954, Sc. 22, 38, 297, 313, 390, 423, 435, Op. 96, 440, 456.

e) Th. 151, 349, 352, 660, 672, 926, Sc. 166, Op. 21.

f) Sc. 22, 451, Op. 314, 552, 632, 778, Fr. 148: 3.

g) Th. 412, 418, 482, 567, 798, 974, Sc. 85, 116, 439, Fr. 157: 2, 157: 4.

h) Th. 89, 126, 524, 603, 677, 692, 823, 965, 1021, Sc. 38, 355, Op. 20, 43, 231, 352, 495, 498, 622, 695, 773, 792, Fr. 148: 2.

i) Th. 73, 295, 347, 393, 403, 575, 581, 764, 824, 826, 859, 883, 932, 985, Sc. 100, 140, 215, 224, 228, 283, 299, 314, 371, 390, Op. 4. 62, 69, 268, 475, Fr. 5: 3, 33: 4, 45: 2, 174: 4, 226.

k) Th. 153, 158, 166, 172, 236, 545, 550, 559, 561, 710, 780, Sc. 34, 116, 165, 279, 348, 438, Op. 54, 124, 131, 150, 238, 244, 254, 325, 422, 432, 444, 523, 549, 572, 601, 627, 724, 731, 733, 779, Fr. 58: 3, 141: 2, 189: 2, 213: 2.

dinem sermonis epici cum alia tum hæc vetustiorum temporum vestigia propagasse. Priusquam ad interrogata respondeamus, redeamus ad numeros, quos antea attuli. E tabula priore novimus Hesiodea ducenties sexagies septies digammi vestigia servavisse, centies duodevicies consonam neglexisse. Quorum numerorum ea intercedit ratio, ut singulis exemplis digammi neglecti opponantur 2,3 exempla, qui consonæ memoriam servant. Apud Homerum[1] hæc ratio est: 1 — 5,4. Plus igitur duplo rariores sunt apud Hesiodum loci, quæ digammi vim ostendunt.[2] Si autem, quod res ipsa nos monet, de singulis carminibus Hesiodeis separatim quæremus, longe aliter numeri se habebunt. Exempla enim sunt:

in Theogonia	89, quæ digamma postulant,	36, quæ negligunt,	
» Scuto	65, » » »	11, » »	
» Operibus	90, » » »	59, » »	
» Fragmentis	23, » » »	12, » »	

vel ut alia comparatione utar: singulis exemplis neglectæ consonæ respondent:

in Theogonia	2,5 exempla, ubi vis digammi cernitur
» Scuto	5,9 » » » » »
» Operibus	1,5 » » » » »
» Fragmentis	1,9 » » » » »
apud Homerum	5,4 » » » » »

Primo obtutu mirum cui forsitan videatur, quod Scutum hac in re cetera carmina tanto superat, quin etiam Homericis tenacius digamma observat. Licet numero exiguo exemplorum non nimium sit tribuendum, hac ex re tamen testimonium comprehendimus, conditorem Scuti serviliter vetustiorem poesin epicam imitantem operam dedisse, ut carmen admodum recens antiquitatis notam præ se ferret.[3] Quæ res nobis suadet, ne ideo carmen epicum vetustioris esse ætatis judicemus, quod digamma magis observat.

[1] Cnfr HARTEL III pag. 74.

[2] Cnfr. RZACH, Dialekt pag. 377, qui eandem rationen protulit.

[3] PAULSON alia ejusdem rei argumenta e re metrica exquisivit, Studia, pag. 8, 105.

Medium locum tenet Theogonia, cujus argumentum hic illic ad carminum Homericorum imitationem invitavit.[1]

Minima digammi vestigia in Operibus cernimus, neque mirum. Multum enim res, in quibus versatur hoc carmen, ab Homericorum argumento distant, quam ob rem difficilius erat sollemnibus uti formulis.

At, dixerit quispiam, exempla hæc demum Hesiodea, quæ digammi vestigia ostendunt, quamvis sint pauca, ea sunt natura, ut necesse sit statuere, e vernacula lingua poetæ ea fluxisse. Quæ res ita se non habet. Kausch enim l. l. carmina Hesiodea rimatus ostendit, aut plane easdem verborum conjunctiones digammo faventes apud Homerum occurri, aut proxime ad similitudinem consuetudinis Homericæ novata esse exempla Hesiodea.

Ad interrogationes, quas antea feci, hoc igitur respondeo: Digamma Hesiodeum nusquam egreditur fines, quibus carmina Homerica circumscribuntur; quo autem magis argumentum et copia vocabulorum ab Homericis abhorrent, eo rarius umbra digammi ex inferis vocatur.

---

[1] Quantum poëtæ de suo prompserint, aliqua ex parte emerget e numero vocum non Homericarum, quas usitant. Theog. habet 158 voc. non Hom. Scutum 92, Opera 296 vel in centenis versibus Theogoniæ inveniuntur 15 voc. non Hom., in centenis Scuti 19, in centenis Operum 36. Cnfr. Kausch, Quatenus Hesiodi elocutio ab exemplo Homeri pendeat, Elbing 1878, pag. 37, et: Quatenus Hesiodi in Theogonia elocutio ab exemplo Homeri pendeat, Regimonti 1876, pag. 45.